12.933 6.808.

SERENISSIMO POTENTISSIMO
ac
INVICTISSIMO
Galliarum ac Navarræ
Regi Christianissimo,

LUDOVICO XIVTO,

simili cultu ac veneratione adeoq; summâ;
quâ
LUDOVICO XIDECIMO
Conon rapam obtulit
Ego
destitutus alijs donarijs
hunc meum commentarium
in quo agitur de salute
et fortunis omnium
EUROPÆORUM
demississime subjectissimeq;
Sacræ Reg. Majest.

Ex celeberrima
Regia Hafniensi
Academia
XI. Novemb.
Anno 1665.

humillimus servus
ac author
offero

6808

SIMONIS PAULLI, D.

Medici Regij, ac Prælati Aarhusiensis

COMMENTARIUS
De
ABUSU TABACI
AMERICANORUM VETERI,
ET
HERBÆ THEE
ASIATICORUM in Europa NOVO,

Quæ ipsissima est *Chamæleagnos* Dodonæi,

aliàs

Myrtus Brabantica, Danicè Porß/ German. Post/
Gallicè *Piment Royal*, Belgicè *Gagel* dicta;
cum Figuris æneis, utensilia quædam CHINENSIUM
eaq; pretiosissima repræsentantibus.



M. DC.  LXV.



ARGENTORATI,

Sumptibus Authoris Filij
SIMONIS PAULLI, Bibliop.

Eumolpius apud Petronium
p. m. 99.

Pecuniæ (inquit) cupiditas hæc tropica instituit: priscis enim temporibus, quum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuæ, summumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum seculo, diu lateret. Itaque hercules omnium herbarum succos Democritus expressit, & ne lapidum virgultorumque vis lateret, ætatem inter experimenta consumpsit.

Σὺν Θεῷ.

JLLVSTRIBVS AC EXCELLENTISSIMIS VIRIS

DN. GUIDONI PATINO,

BELLOVACO, DOCT. MEDIC. ORDINIS PARISIENSIS, ANTIQVIORIS SCHOLÆ MEDICÆ DECANO, ANATOMES AC PHARMACOP. PROFESSORI REGIO,

NEC NON

DN. JOANNI BAPTISTÆ MOREAV,

DOCT. MEDIC. PARISIENSI, ET PROFESSORI REGIO, AC XENODOCHII PARISIENS. PRIMARIO MEDICO, &c.

DNIS. AC AMICIS SVIS HONORATISSIMIS

S. P. D.

VIRI CELEBRATISSIMI,

MEritiſsimo veſtro vobis hunc meum botanicum & ſimul medicum commentarium *de Tabaci & herbæ Theé abuſu* ob veſtrum in rem literariam & ſtudioſam juventam, ceu myſtagogorum ad ſecretiora adyta ducendi, nunquam ſatis laudatum ſtudium, præ aliquam multis paſſim in Europa degenti-

*

bus

bus Illustribus Viris, deliberato animo, dicare ac inscribere volui; maximè autem Tibi Illustr. DNE. PATINE. Nam toti Orbi notum (quod sine ingratiis totius Europæ Academiarum, quæ reapse pietatis, justitiæ, virtutum omnium Palladium, ac Rerumpubl. columina sunt, dictum, nec id cum illarum contemptu conjunctum velim,) vestra Parisiensis, licet inter eas omnium vetustissima non sit, attamen inter illas augustissima, summa cum laude enitescat, quippe

— — *famam quæ terminat astris.*

Vos verò VIRI CELEBRATISSIMI, in confessu ornatissimo amplissimoque tot illius Regiorum Parisiensium sive Doctorum, sive Professorum, sive deniq Archiatrorum, ita micatis inter hos omneis

— — *velut inter ignes*
Luna minores.

Hæreo ergò, cum non minor virtus sit tueri partam, quam quærere gloriam, utrum priores debeantur *Ioh. Mailrosio*, & *Claudio Clementi Scoto*, qui Doctore *Alcuino* parario, rerum cum potiretur *Galliarum Rex* CAROLUS *cognomento* MAGNUS procurarunt, jacerentur Academiæ Parisiensis Anno Mundi 4741. post Christ. nat. 792. teste Calvisio, fundamina, vel anne pares utrique vestrûm, hoc die regnante *Christianissimo Rege* LUDOVICO XIV. *Galliarum ac Navarræ*

Rege,

Rege, verè MAGNO, *vivat! vivat! & regnet in æternum!* illa ipſa Academia debeat? Qui certè Pariſienſis Academiæ gloriam, qua per tot ſecula incanuit, ita ſartam tectam præclarâ veſtrâ eruditione, conſervatis ac tuemini, ut vos proximè præcedentium anteceſſorum, *Ioh. Riolani*, ac *Renati Moreau*, Virorum incomparabilium ad famam immortali veſtrâ laude pergatis, ſi non ſuperetis. Hæc veſtra utriusque incluta virtus, intaminatis, & ad invidiam uſque fulgens honoribus, Tuus DNE. PATINE mei ſingularis nec unquam ſperatus amor, quo me extraneum tantâ intercapedine loci à Te ſejunctum, proſequeris; & qua impari erga me Filiumque Cariſs. *Iacobum Henricum Paulli*, admodum nuper Pariſios advenam, benivolentiâ es; inſuper literæ Tuæ, ipſæ Charites, quas Tibi ad calamum dictitarunt 24. Junii Styl. Nov. hujus anni ad me datæ, quibus amicitiam ambis meam, faciunt, ut, cum tantopere in iis collaudes amorem, quo anteceſſor Tuus jam p. m. *Iohannes Riolanus*, antiquior Scholæ Medicæ Pariſienſis Magiſter, abhinc triginta & ſex annis me fovit, ego totus jam Tuus, in amplexus Tuos ruam, eâ fiduciâ, ut cum ingenti & maxima ſui laude, ille me non omiſſius dilexerit, quam Filium Pater, quem contra ego ad urnam uſque octogenarium, chari Parentis loco obſervavi, colui, veneratus ſum: Tu ceu illius

Succeſſor, etiam in præſens ob recenſitum conſuetum amorem, me quem cominus complecti non poſſis, piè defuncti *Riolani* loco eminus redames. Te quoque inſuper rogo, imò obteſtor, ut cum longè conjunctius cum *Riolano*, quam cum pari dignitate & famâ celebratiſſimo *Renato Moreau* vixerim, ac inde acciderit, vix ut illius Filio, JOH. BAPTISTÆ MOREAV, paternarum virtutum ex aſſe hæredi aut æmulo, ego Lutetiæ Pariſiorum degens, innotuerim, ſumma jam dignitate & ſuâ ipſius virtute Celeberrimo Viro, pro re nata meo nomine, operam, ſtudium, amorem omnia mea obferas, hominis quidē exiguâ in re, ſed fidei pleni.

Cæterum cùm non ſufficiat, contrahant inter ſe Viri honeſti amicitiam officiis caſſam, quæ benivolentiæ exemplis confirmari poſtulat, modo nolint, ea actutum diſſuatur, utique in præſens vos Viros celeberrimos exoratum venio, detis hoc mutuo noſtro amori, communibus vobiſcum mihi ſtudiis, & publica commoda prognariter, (ut Ennii vocem uſurpem) provehere conanti, ut chartaceum hunc meæ Minervæ fœtum, non vinum, aut olidum fuliginoſum Tabacum, ſed lampada & oleum redolentem, mihi jam Dei gratiâ, tertium ſupra ſexageſimum agitanti annum, in Regia hac Hafnienſi Academia domi meæ, intervenientibus antelucanis ſtudiis, & intempeſtis noctibus

natum,

natum, ulnis veſtris excipere, ac totius Regiæ Pariſienſis Academiæ Auguſtiſſimo Collegio Medico; quo par eſt cultu, & condignâ veneratione meo nomine offerre non dedignemini, idque aut potius in eo P. C. exorare haud gravari velitis, hunc meum Commentarium tollere ne deſpiciant.

Ego quidem Gallicum veſtrate adagium, veridicum eſſe comperi, nempe: *au grand ouurage, il faut grand courage.* aſt cum acceperimus Atlantem cum ſolus haud ſuppar eſſet cœlo ferendo, aut ſub illius vaſta mole laboraret, id Herculis humeris ratô mecaſtor conſiliô impoſuiſſe; utique, mortalium nemo vitio mihi vortet, ſi ego *Vos Viros Celebratiſſimos* in ſubſidium illius cauſæ, in qua agitur de ſalute totius Europæ, vocem. Quippe qui id maximo ſtuduerim opere, nec minori alacritate contenderim, ut quemadmodum magno & ingenti labore ille Augiæ ſtabulum repurgavit; ita ego (licet forſan ſpe ea fruſtrer, aut penitus ea decollet, ob vectigalium lucrum, quæ politici firmamenta Reipubl. hodie ſtatuunt, qui ſua tractent, ego mea) univerſam Europam repurgarem olidiſſimô, fœdiſſimô, revera brutô ac barbarô Americanô medicamentô, Tabacô nempe; poſt dein cōmonefacerē Europæos Cives, (debeo enim id patriæ, ipſus Europæus) ut quantum

possint, in eo elaborent, ut sint opera, studio, labore meo cautiores quo desinăt deinceps, inodorum, ustulatum, friabile, viribus in Europa propemodum, si non omninò cassum, ast non iisdem in ea pollens, quibus se Chinensibus commendat, novum & incertum medicamentum Asiaticum, Theé nempe, magnis sumptibus redemptum, mangonio & versutiâ Chinensium adulteratum, in Europam transportare.

Verùm quo animo omnia hæc tantopere urgeam, aut tam anxie efflagitem vestrum officium, quæritis? *Viri Celebratissimi DNI, ac Amici honoratissimi.* Ego ideo iterato vos rogatum venio, ut non solùm P. C. Regiæ Vestræ Parisiensis Academiæ hunc meum commentarium exhibeatis, sed quoq; ab iis impetretis, publicam super eô, illorum censuram, quâ dignum eum æstiment lectione Medicinæ Candidatorum; vel si non, nigro θήτα ad Garamătas relegent: ceu quorum subacti judicii enucleatis suffragiis stabo cadamve. gloriosissimum interim, si pereundum, Ajacis manu perire, nec indecorum magnis excidere ausis, quibus generos⁹ Phaëton semel, ignavissimus Thersites nunquam excidit. Spero autem, imo prorsus confido, cum iidem ad Hipp. Galen. Corn. Cels. normam docti sint mecū haurire ex illorum scriptis quasi limpidissimos fontes medendis morbis aut ægris, spretis

ac

ac neglectis impuris lacunis Arabum, una cum pomposa illarum polypharmacia ægris damnosâ, me ob honestissimos hosce meos conatus albo lapillo ab iis ceu vindicibus priscæ sapientiæ & eruditionis absolutum iri. Res interim suas sibi habeant illius Medicinæ cultores, quam lucumones, balatrones, blaterones, buccones, tenebriones, seu personati illi Medici auribus prominulis sub exuviis Leonis, verbo dixerim, nugivenduli, fumivenduli, ciniflones illi Chymicastercul (Chymiam divinam artem summe veneror, nec diffiteor *Fabricio* Socero meo & *Sennerto* vivis Præceptoribus, me eam excoluisse Juvenem)

semitam qui non sapiunt alteri monstrant viam; una cum imperitorum pharmacopæorum turbâ, methodi medendi rudissimâ, profitentur: Empirica, quæ olim audivit, hodie, quæ tanto in pretio, ut non erubescant sectæ huic addicti, cordatis ac non proletariis medicis sese proterve præponere: cotidie interim per mortes hominū experimenta impunè agentes; quod genus hominum procul arcendum, aptum bubulcitare, non mederi hominibus: præstaret quoque, pharmacopæi sui officii essent memores, pararentque clysteres, trochiscos, eclegmata, elixiria, balanos, nascalia &c. non iis mederentur ægris, vel clam Medicis, vel iis invitis, ceu quorum famuli sunt, non collegę, non socii

quod

quod esse affectant, & apud ægros omnium esse primi; tanta quorundam est minimè ferenda protervia: Qui ringantur, indignentur, rumpantur, obsequium amicos, veritas odium pariat, non curo; qui à Socrate apud Platonem monitus: *Omnes populi spernens honores, veritatemque considerans, conabor revera quam maximè potero, bonus vivere atque mori.*

Quin nec causæ diffido meæ, ideò quod vestras *Renatus Moreau*, consummatissimæ doctrinæ & singularis judicii Vir, promiserit, *se scripturum de XII. medicamentis* (servo verba authographi pronuper Lutetia ad me missi) & *primo loco de antimonio, cujus venenatam naturam, & malignas qualitates toti orbi volebat patefacere; alterum de herba Theé, & alio medicamento barbaro, quod hodie vocatur China, China quo tam multi* (superstite adhuc D.N. Moreau) abutebantur *in curatione quartanæ, sed hodie neglectum jacet: in eâdem cum D.N. Moreau sententia fuit super isto pulvere Chifletius in tractatu Antvverpiæ edito, sed hodie Medici eruditi barbarum istud medicamentum negligunt, utpote cuius causam non tollit, immo intermittentem febrim facit continuam, labem infert visceribus nutritiis, & hydropem provocat.*

Quæ cum ita se habeant, nempe novè inventis aut exoticis medicamentis nobis Europæis multas & gravissimas

vissimas ob causas esse abstinendum, præsertim cum credibile sit, non solum nobis illa ob cœli & diætæ diversitatem summè esse noxia, sed eadem novos corporibus nostris ingenerare morbos, ac complures expugnatu difficiles reddere contumaciores, quod quidem ego in hoc tractatu defendo: Ast, cum, (ut proverbium habet) ne Herculem quidem contra duos, à multis verbosis velitationibus multorum, mihi non metuo solum, sed quoque ne me pessundent: Proin, cum *Curiatii tergemini fratres* in exercitu Albano adversus *tergeminos Horatios Romanos* ferro decernentes, tum demum ab unico Horatio ad unum omnes lethalibus vulneribus confossi, & obtruncati sint, cum ille id ageret, campum ambiendo, ut junctos Curatios fratres sive seduceret, sive astu divelleret: Ita vobis Viris celeberrimis, meis quasi Commilitonibus, ac mecum pro salute totius Europæ invicto atque adeò constanti animo pugnantibus, aut solum vobis æquis arbitris, Spartam quam nactus sum, ornem; iterum causæ non diffido meæ, cui si patrocinabimini, (Deo Duce & auspice, eoque fortunante, quo nil desperandum) salvo latere, scuto licet lacero & perfosso evadam tamen; qui eò sum animo, ut instar muri ahenii, malis non magis cedat, quam ille arieti, vel rupes decumanis fluctibus, qui *pejusq; letho flagitium timet*;

Non ille pro caris amicis
Aut Patria timidus perire.

Iisdem animis, *Viri Illustres*, cum vos quoque esse augurer, ceu qui non solùm pro gloria, existimatione & dignitate *vestræ Academiæ*, sed etiam salute *totius Europæ* pugnabitis, aut toto pectore excubabitis, ne Chinensibus tota Europa ludibrio sit, aut omnes in eâ naso suspendant adunco Medicos. Hinc factum, ut in tam ardua ac difficili causâ, ad *Illustre Regiæ Vestræ Parisiensis Academiæ Collegium Medicum*, tanquam ad aram aut asylum confugerim, non ad unius alteriusve umbratici Doctoris judicium, quorum nemo mihi solus negotium facessat, rogo, cum illi respondendo vacare non possim, contra perituræ parcere chartæ pervelim. Argumentum enim hoc non unius arbitri, sed collegiorum res est. Vobis verò parariis ô mei, si salvabor, proh! quanto mactatus honore ego! Tu verò, Celeberrime DN. PATINE, cum Tua ipsius manu Lutetiâ ad me perscribas: *Si quid requires ex hâc urbe nostrâ, imò vel ex tota Gallia, in eo me Tibi totum devoveo, atq; omne genus officiorum polliceor, modo per Te intelligam, quid cupias; & grato animo dicam, quod ille Romanus olim apud Tacitum; Dii tibi Principatum dedere, nobis obsequii gloria relicta est, &c.* ut ego de Te mereri possim, non video; quo tamen interim honore

me ipſum Amiciſſime DN. PATINE non dignor, cum amor mei Tibi hæc bona verba dictitarit, ætate me aliquot annis majori, cujus proin ego junior aſſurgo honoribus. Quin quoq; iisdē ipſiſſimis verbis, quibus mihi meæq; familiæ fauſta ac felicia omnia comprecatus es, vota nuncupo, nempe *ut diu ſummo Reipublicæ literariæ commodo, ſummaq; gloria ſalvus & incolumis nobis ſuperſis.* Vive, Vale, Collegamq; Tuum, DN. MOREAU non ſolū meo nomine officioſiſſimè ſaluta, ſed quoq; qua par eſt, affabilitate, ipſū exora, ut non gravetur Tecum, quā tantopere deſidero, Regiæ Veſtræ Academiæ P.C. æquam cenſuram mihi ſine ullo partiū ſtudio, procurare: Quam ubi Filii mei cariſs. *Iacobi Henrici Paulli* fidei credideritis, ceu quem non amare ſolū, ſed demori, ob illius ſingularē candorem videris, nihil antiquius is habebit, aut prius, quam ut veſtræ Regiæ Pariſienſis Academiæ in honorē, eam vel Lutetiæ Pariſiorum, vel ego hîc Hafniæ Danorum publici juris faciamus. Iterum benè, feliciterq; Viri Illuſtres Valete & Salvete.

Dab. ex Muſæo meo in Regia Hafnienſi Academia XI. Julii ſt. v. Die Pii Pontificis Rom. primi memoria celebri.

Veſter ex Animo usque ad Aras & Urnam.

SIMON PAULLI, D.
Medicus Regius, Primus in Regia Hafnienſi Anatom. Chirurg. ac Botan. P.P. rude donatus, ac Prælatus Aarhuſienſis.

AD VIRUM CELEBERRIMUM

D.D. SIMONEM PAULLI,

ARCHIATRUM REGIUM,

Affinem & Amicum

De Abusu Tabaci & Herbæ Theé eruditißimè disserentem.

Decipimur paßim spoliis Orientis. Onusta
Nos onerat, quicquid credula navis habet.
India mittit opes irritamenta malorum,
Et gula Siniticis fraudibus una patet.
Dumq́; per Insidias divendit Barbarus aurum
Nos, nummos, vitas, & bona nostra rapit.
Laus Tibi sit PAULLI, Floræ decus, Artis Apollo
Qui tandem nostros discere vera doces,
Japponicisq́; Tchiam, Sinisq́; remittis amaram,
Mercibus & larvam detrahis atq́; fidem.
Pætum redde suis, avidi solatia fumi,
Ne secum in fumos nescia fata trahat.
Ægrotis inventa Tuo Medicina labore est;
Punctum sublatis fraudibus omne feres.
Sic nomen famamq́; nigros extendis ad Indos,
Et tecum æternâ laude PATINUS erit.

L. M. Q. P.

Thomas Bartholinus D.
in Acad. Hafnienf. Rect. Prof.
Honor. & fac. Medic. Decan.

ARCHIATRO REGIO
D. D. SIMONI PAVLLI
REI BOTANICÆ VINDICI
FELICISSIMO.

VEnit ab Heſperiis præſtantior herba Tabaci,
Venit ab Eois nobilitata Theé.
Utraque noſcenda eſt: quid ſit, quem præbeat uſum
Ignotis, Phœbo judice, nulla fides.
Optima deterior pravè corrumpit abuſus,
Sæpe ſua ſpecie res peregrina nocet.
Diſcutit herbarum vires & nomina PAULLI
Et vocem & vires reddit ubique ſuas.
Ne perſonatis fallaris, & ærea ne ſint
Aurea: ne fumos nectar habere putes.
Pro Phœbo facit hoc: atque hunc imitatus, in herbas
Lumen & Eoas, Heſperiasque jacit.

L. M. Q.

Hamburgi
F.
MICHAEL KIRSTENIUS.

LECTORI SALUTEM.

B. L.

Cum Quadripartitum meum Botanicum, quod abhinc triginta & amplius annis in Ducali Megapolitana & patria Rostochiensi Academia, de cathedra ad calamum auditoribus meis Med. P. P. dictitavi, pridem distractum esset, complures Amici è re Medicinæ Candidatorum esse putarunt, ut cum id passim in Europæis Scholis inclaruisset, id iteratò ederem, imò me rogarunt, id auctius meo studio prodiret. Parui iis, facilis obsequi amicorum benivolentiæ, consiliis & voluntati: Ubi verò in eo ad Class. tert. herbæ Gerardi Historiam *perrexissem, occasio id tulit, & singularis observatio, lugubris casus, de virulento pulmento, quod Capitaneum è medio sustulit, ut fluido calamo pertractarem una ex Chymicis principiis;* veram unicam & proximam causam cùm febrium malignarum & petechialium, tum morbillorum, scorbuti, Luis Venereæ & similium morborum macularum , antidhac à nemine ita tractatam &c. *Ubi quoq; in eadem classe lit. T. Historia Tabaci excutienda mihi esset accuratius, operæ pretium me facturum ratus sum, si secundam Quadripartiti mei Botanici editionem Deo volente & adjuvante proximis vernis, aut certò autumnalibus Francofurtensibus nundinis prodituram,*

ram, insigni auctario, nempe non solum de Tabaci usu, sed quoq; abusu, & præsertim herbæ Theé mactarem. Hos ergo commentariolos cum Viri amicissimi, mihiq; conjunctissimi, quos inter familiam ducit, Affinis & Compater meus THOMAS BARTHOLINUS, nollent diutius in pluteis meis delitescere, putantes vastiores esse, quam ut meo Quadripartito commodè intercalari possent; contra cum sciscerent, mereri eos, ocyus lucem aspicerent singuli, quam universum Quadripartitum, nolui repugnare illorum suasui, maximè, cum argumenti novitatem summam mihi ex iis claritudinem parari posse augurabantur. Certè commentarii de febribus malignis nec dum me pœnituit; adverto enim Viros summos in suis scriptis eum magni facere gratari mihi, ac laudare meum studium. Præsentem hunc de Abusu Tabaci & herbæ Theé, quam sors maneat, dies docebit. Tu interim B. L. eum æqui boniq; facias, enixè abs Te contendo. Scias autem velim, me id non studuisse, ut laureolam in mustaceis quærerem, sed ut solum Medicinæ Candidatis studiis meis commodarem: Quibus insuper, si otium, si valetudo, si vita suppetant, vel hac senili & mea ingravescente ætate in Anatomicis studium meum non deerit. Meditor enim, quemadmodum veterani milites membra fracti multis laboribus, Martis in fano sua arma suspendebant, in Regiæ hujus Academiæ honorem, primus

in ea

in ea Anatomes P. P. jam verò rude donatus successore incomparabili Nostrate THOMA BARTHOLINO, cùm Filius meus Jacobus Henricus Paulli *designatus illius successor, S. R. M. Serenissimo Clementissimoq; interveniente singulari Regio consensu, omnibus medicis studiis sese abdicarit, Theatrum nostrum Anatomicum exornare, cultris non solum anatomicis, & aliis ad anatomen practicam exercendam, sed quoq; nove à me ipso inventis, & præsertim ad Sceletorum Synthesin necessariis instrumentis, quorumq; subsidio, dextra interveniente enchiresi ossa humana, aliaq; aliorum animalium ita perpoliri possunt instar eboris, ut renideant, imò id nitore suo superent. Ne autem exterarum Nationum anatomes studiosis hæc invidisse videar, omnia illa æri incidenda curabo, simulq; usum illorum peculiari commentariolo, Deo volente publici iuris faciam, Rubricâ:* Machina Anatomica. *Vale Benev. Lect. meisq; studiis ac cœptis porro fave & salve.*

SIMONI PAULLI
PARENTI DILECTISSIMO
Commentarium ſuum

de

Abuſu & Tabaci & herbæ Theé
edenti,

gratulantur

FILII.

ECOLE DE SANTÉ DE PARIS. 14. FRIMAIRE AN III. ΗΙΠΟΚΡΑΤΗΣ

De

DANIA

Ingenuis artibus, literarum ſtudiis, ac Novis
nove Inventis Celeberrimâ;

Ex Occaſione

Qvum Dilectiſſimi Parentis

Dn. D. SIMONIS PAULLI

de abuſu Tabaci & herbæ Theé

DISSERTATIO

in lucem prodiret,

EPIGRAMMA.



INventa inventis ſic jugiter addit, & auget
Inventis laudem DANIA Noſtra ſuis.
Prome PARENS igitur libros, vitiumq; Tabaci;
Deq; Tſchia mentem detege, Care, tuam.
Wormius ut piſcem docuit, jam nemo putabit,
Fronte unum cornu qvæ gerat, eſſe Feram.
Nec *Bartholini* jam Lympha negabitur unqvam,
Eſt, & in æternum primus Is auctor erit.
Stenonem celebrant Cor, Lingva, Saliva, Cerebrum,
Muſculus, & Rajæ, deniq; Totus homo
Gens iſthæc externa probat. Nec credo PARENTIS
Scripta MEI applauſu poſſe carere ſuo.
Scire igitur cupimus, qvæ præſtantiſſima dici
Ex iſtis mereat qvattuor Orbe plagis?
Europa hinc præſtat, qvod noſtro tempore, DANOS
Cur laudent, habeant *Stirps*, *Aqva*, *Piſcis*, *Homo*.

F. Lutetiæ Pariſiorum
JACOB. HENRICUS PAULLI,
in Regia Hafn. Acad. Hiſtor. P. P.

In

In
Parentis sui Carissimi,

Dn. D. SIMONIS PAULLI,
MEDICI REGII,
ac
Prælati Aarhusani
Commentarium
de
Herba Theâ.



Onvenere Patres: Podalirius, atq; Machaon,
Celsus, & Hippocrates, Pergameusq; Deus.
Extollunt *Théæ* formam viresq; *Docentem*,
Mirantur, qvantâ dexteritate probet.
Succensent tacitè, sua jam post funera tradi,
Qvæ non nota sibi, qvæ sibi nota tamen.
Accedit Phœbus, qvid, ait, sibi jurgia? PAULLI
Ingenii specimen præbuit ecce novum!
Atq; hinc major EI debetur Gloria, Vobis:
Hoc etenim, qvicqvid Vos latet, ILLE dedit.
Astra super vestram Famam cùm transtulit Ætas,
Hic Famâ magnos maximus inter erit.

Ratisbonâ *mittebat, jamjam* Portuam Danorum
Anno CIƆ IƆC LXV. *Mens. Aprili repetiturus,*
Daniel Paulli
S. R. Mtis, Designatus Bibliopola.

Pa-

Parenti Venerando

DN. D. SIMONI PAULLI

Usum Tabaci & Herbæ Theé
toti Europæ
Dissvadenti,
et hujus loco, Myrtum Brabanticam commendanti,
in Regia Hafniensi Academia
Jure MeritoQ.
applaudit.





Vi Priscos latuit, seris venit Usus ab annis!
Multa revelantur Posteritatis ope!
Sic referas, GENITOR, fumantis damna Tabaci,
Sic Theé *sub* Myrto *delituisse doces.*
Pro tali studio, nec enim majora reqviris,
Dum vireat Myrtus, *Laude virere potes.*

CHRISTIANUS PAULLI.

A

SIMONIS PAULLI
Commentarius
De
ABUSU TABACI
&
HERBÆ THEE. B

T*Abacum.* Germ. Toback/ Necotian/ Nicotian/ Indianisch Wund-Kraut/ Indianisch Bienwelle/ der alten Königinnen-Kraut/ Heilig Kraut. Dan. Toback/ Nicotian / Necotian / Indianske Wund-urt. Hiſtoriam Tabaci, cum *Nicol. Monardus in ſimpl. Med. Hiſtor. cap. XIV.* optime expediverit, usque adeo ut cæteri Botanographi vel omnia vel pleraque ab eo, quæ de Tabaco diſſerunt, mutuentur; utique præſtabit ab ipſo Monardo quam ab aliis nos doceri, quid ſit Tabacum, ubi naſcatur, & in quos uſus colligatur.

Planta Tabaco (inquit l. c.) *antiquitus in uſu fuit Indis, Hiſpaniæ præſertim novæ accolis; ad vulnera curanda. Paucos ante annos in Hiſpaniam delata magis ad ornandos hortos, quam ob ejus facultates; nunc verò multo celebrior eſt ob facultates quam propter elegantiam.*

Nomen legitimum apud Indos eſt Picelt; nam Tabaco nomen ab Hiſpanis illi inditum ab inſula quadam ejus nominis, ubi frequentiſſimè naſcitur.

Magna altitudine aſſurgit, & interdum malum Aſſyriam, quam

C *Limonem vocant, aquat, caule recto multis prægrandibus ramis brachiato; folio mali Assyriæ ferè, sed ampliore, veluti Oxylapathi colore viridi dilutiore, & aliquantulum hirsuto, uti tota planta est. Florem fert in summis ramis Campanulæ modo, candidum medio purpurascentem, quo decidente succedunt veluti capitula papaveris nigri, quibus continetur semen valde exiguum colore ex cinereo nigricante. Radix crassa est, multifida, lignosa intus crocea & amara, quæ facile cortice suo delibratur: aliqua tamen facultate præditam esse non intelleximus.*

Nascitur plerisque Indiæ locis, humidis præsertim & umbrosis, & exculto leviq; solo. Seritur omni tempore: cum verò prodiit â frigore præservanda est, & secundum parietes plantanda ad eorum ornatum: siquidem toto anno viret citriorum modo.

Foliorum duntaxat est usus (tametsi eorum defectu quidam semine utantur) eaq; ut asservari possint, filo trajecta in umbra suspenduntur & siccantur, deinde aut integris, aut in pulverem tritis utuntur.

Calida & sicca est in secundo gradu: itaq; calfacit, resolvit, mundificat
D *& aliquantulum adstringit, ut ex sequentibus facultatibus judicare licebit.*

Folia hujus plantæ calefacta & imposita præsens in Cephalæa & Hemicrania sunt remedium, si morbus ex causa frigida aut flatibus ortus sit; sæpius verò sunt repetenda, donec morbus tollatur: sunt qui caput oleo florum mali arantij prius inungant. Idem remedium rigidis cervicibus sive Tetano utile est, & in totius corporis doloribus ab eadem causa ortis.

Dolores dentium à causa frigida non modo finit, dente prius deterso aliquo linteo ejus succo delibuto, & folio in pilulam convoluto, dentiq; indito, sed etiam ne corruptio serpat prohibet.

Pectoris vitiis, tussi veteri, asthmati & similibus ex frigido humore ortis morbis foliorum decoctum ex aqua & eclegma ex ejus decocto, utilia sunt. Serapium è saccharo & foliorum decocto paratum, putres humores pectoris ejicit. Asthmaticis interdum, eorum fumus ore exceptus opitulatur; sed necessarias evacuationes præcedere opus est, si mora ferri possit.

Sub cineribus calefacta folia & sordida non excussis cineribus calidaq; sæpius imposita ventriculo perfrictionibus & flatibus laboranti, auxilio sunt. Viridia folia alij manibus oleo inunctis confrigunt & sic imponunt. Ventri-

cul

culi & lienis obstructionibus atq; scirrhis folia pauxillo aceto intrita, diuque illita & adstricta, utilia sunt, sed his deinde folia calefacta, aut lineus pannus succo foliorum calente intinctus singulis diebus super imponenda. Foliorum defectu pulvis communi unguento obstructiones aperiente, excipitur, & pars obstructa aut tumore affecta diu inungitur. A

Indicæ mulieres valde commendant in puerorum, & etiam grandiorum stomachi cruditatibus: nam ventre inferiore prius inuncto oleo lucernarum, & foliis subcineribus calefactis, altero ventriculi regioni, altero tergori, quâ ventriculum spectat positis eas concoqvunt, & alvum emolliunt si quoties opus erit renoventur. Latas & teretes ventris tineas expellit foliorum succus cum saccharo coctus & depuratus, paucâ quantitate sumptus: umbilico tamen etiam imponendum folium tritum, & alvus deinde clystere eluenda.

Nephriticis & flatulentis doloribus folia sub cineribus, ut ante calefacta, & quam calidè fieri potest, apposita, magnum adferunt levamen, idem remedium, quoties opus erit repetendo. Commode etiam clysteribus injicientur, atq; etiam fomentationibus & emplastris admiscebuntur.

In suffocationibus uteri folia probe calefacta & umbilico uteriq; regioni imposita, præsens adferunt remedium: quod si (ut fit interdum) animi deliquium subsequatur, fumus illorum naribus objiciatur: ilicò liberabitur: quod remedium Indicis mulieribus adeo vulgare est, ut ea de causa Tabaci folia diligenter asservent & magni faciant. Sunt vero qui odorata umbilico prius admovent, deinde folium super imponunt. Maximè autem conferunt, aut Tacamahaca, aut oleum de liquid Ambar, aut Balsamum aut Caranna, aut ex his omnibus emplastrum constans & in umbilico assiduè gestatum. B

Articulorum doloribus [modo humores frigidi sint vel saltem non nimium calidi] efficacissimè folia calida adhibentur, aut eorum succo calente pannus lineus intinctus: etenim humores resolvunt & digerunt, ideoq; etiam tumoribus oedematodis foliorum succo calido prius elotis, utilissime imponuntur.

Perniones sanare si ter aut quater hujus plantæ foliis fricentur, deinde pedes ac manus aqua calida cum sale abluantur experientia docuit.

Venenis & toxico perniciosissimo, quo Cannibales suas sagittas illinunt, resistere, paucis abhinc annis experti sunt nonnulli: nam ante, subli-

C *matam vulneribus inſpergere, ſolebant. Toxici autem vires infringere hac ratione ſciverunt Hiſpani.*

Contigit ut quidam Cannibales in ſuis cymbis ad D. Johannem de Portu divite navigarent, Indorum atque etiam Hiſpanorum (ſi quos reperiſſent) telis ſuis venenatis conficiendorum cauſa. Eò appellentes, Indos & nonnullos Hiſpanos conficiunt, pleroſque autem vulnerant: cum verò ſublimato carerent, à quodam Indo docti ſunt, ut Tabaci ſuccum expreſſum ſuis vulneribus imponerent, & ipſa deinde folia trita: ſedati ſunt illico dolores Dei beneficio, & ea ſymptomata, quæ hujusmodi venena ſubſequi ſolent, venenum ſuperatum, vulnera deinde curata. Ex eo foliis hujus plantæ adverſus venena uti cœptum eſt. Rex ipſe Catholicus, ejus vires experiri volens, cani vulnus infligi juſſit in gutture, & toxico, quo Venatores utuntur, illini, & paulo poſt foliorum Tabaci ſuccum ſatis copioſe inſtillari; & ipſa folia trita ſupra vulnus ligari: liberatus eſt canis non ſine omnium admiratione.

Eodem modo venenatis peſtiferisque carbunculis impoſita cruſtas inducunt, deinde curationem adferunt: & ad ictus morſusque virulentorum animalium præſens ſunt remedium.

D

Recentibus vulneribus impoſita, illicò ſanguinem ſiſtunt, eaque glutinant - quod ſi majuscula ſint, vino prius eluentur, & labiis vulnerum conjunctis ſuccus foliorum inſpergetur, & ipſa folia trita ſupra vulnus alligabuntur: poſtridie, reliquisque ſubſequentibus diebus idem ordo ſervabitur, victusque ratio neceſſaria,

Vetera ulcera, Gangrænasque ſuccus inſtillatus, & folia trita impoſita detergent, curant & ad cicatricem perducunt purgato videlicet prius corpore ex Medici conſilio & miſſione etiam ſanguinis, ſi neceſſaria ſit facta; deinde obſervata, quæ convenit victus ratione.

Porrò non modo in hominibus ejusmodi ulcera curare, ſed etiam in animalibus, ipſa experientia docuit: nam per univerſam Indiam frequentia ulcera vaccas, boves, & alia animalia infeſtant, quæ facile ob regionis humiditatem extremam putreſcunt, & vermibus ſcatent: quibus ſolebant inſpergere ſublimatum, melioribus remediis deſtituti: ſed cum magno iſtic veneat, plerumque quod ulceribus inſpergebatur, pluris conſtabat, quam animal curandum

randum

dum æstimari potuisset: Itaque Tabaci facultates in hominibus experti, illius etiam usum ad putrida, fœtida, vermibusque scatentia animalium ulcera transtulerunt; atque adeo compererunt, succum ejus instillatum non modo vermes necare, sed etjam ulcera mundare, deinde ad cicatricem perducere: prodest etiam jumentorum exulcerationibus, ideoque Inde Tabaci pulverem semper circumferunt. A

Quendam novi narium ulcera laborantem, è quo sanies manabat non sine contagij suspicione: meo consilio instillavit foliorum Tabaci succum: à secunda instillatione multi vermes exciderunt, deinde pauciores, & post aliquot dies sanatum est ulcus; sed quo erosa erant non restitua. Illius etiam foliis impetigines, & capitis scabies utiliter confricantur.

Hæc est celebrata illa Indicis sacerdotibus planta, qua uti solebant ad responsa danda. Etenim apud Indos moris erat, Sacerdotes de bellorum eventu aliisque magni momenti negotiis consulere. Consultus Sacerdos istius plantæ folia sicca urebat, & eorum fumum tubulô seu cannula quadam in os excipiebat, deinde quasi in extasin quandam raptus, cadebat omni motu privatus; sicque permanebat aliquandiu. Discussa ejus fumi facultate, ad se redibat, referebatque negotium, cum Dæmone contulisse, & responsa dabat ambigua, ut utcunque eventus succederent, illis facile persuaderet; sic se prædixisse: eoque modo barbaros illos homines miserè decipiebant. B

Cæterum vulgus etiam Indorum, eum fumum per os & nares recipit animi gratiâ, cum insomnia videre interdum & extra se quasi rapi cupit, tum etiam de suorum negotiorum eventu, ex insomniis quæ apparuerint pronuntiaturum. Nam ut impostor est Diabolus, herbarumque facultates novit, illos hujus vires edocuit, quo apparentibus hujusmodi insomniis, miseris hominibus imponat.

At non est recens, plantas quasdam inveniri, quæ manducatæ aut intro assumptæ vanas species imaginesque obversari faciant: siquidem Diosc. c. de Solano Maniaco seu furioso ejus radicem drachmæ pondere ex vino potam facere species vanas imaginesque non injucundas obversari scribit, sed duplicatum ejus modum ad tres usque dies mentis alienationem adferre, qua-

C *druplicatum interimere. Anisum si quis dormiturus edat, somnia excitari jucunda & suavia: contra Raphani esu gravia & turbulenta: & sic de plerisque aliis.*

GARCIAS ab Orta refert: Bangue plantæ succum aliis admixtum mentis alienationem facere, insomnia excitare & omni solicitudine liberare, veluti etiam opium, quod Orientalibus Indis admodum familiare est: de quo multa apud Garciam.

Sic & nostri Indi oneribus ferendis aut aliis laboribus defatigati, Tabaci fumum hauriunt, & ilicò quasi mente alienati corruunt: excitati verò refocillatos eo somno, & vires recuperatas sentiunt. Eorum exemplum secuti Æthiopes, pro mancipiis eò deducti, nimis frequenter eum hauriunt; quo fit, ut eorum Domini egregie eos castigent, & illorum Tabaco exurant, quo ansam auferant sæpius illo utendi: clàm tamen uti non desinunt.

Usus est etiam Tabaci apud Indos, famis sitisque sedandæ gratia hoc modo: conchylia quædam cochlearum fluviatilium urunt, deinde atterunt D *calcis modo; hujus & foliorum Tabaci æquas partes sumunt, manduntque, donec ex utrisque massa quædam fiat, quam in pilulas piso majores formant; atque in umbra siccatas in usum reponunt. Facturi iter per deserta, ubi neque cibum neque potum inventuros se putant, harum pilularum secum delatarum unam inter labrum inferius & dentes reponentes, ejus liquorem assiduè sorbent, qua absumpta aliam reponunt, atque item aliam donec peregrinationem triduanam interdum, aut quatriduanam absolvant: istaque ratione toto illo tempore, neque famem sibi molestam esse, neque sitim asserunt: cujus causam esse puto, quod sorbentes assiduè pilulas illas etiam humores pituitosos è cerebro eliciunt, qui deglutiti, & in ventriculum demissi, naturalem ejus calorem humectant, sed ab eo tandem absumuntur, aliorum ciborum defectu: ut in multis animalibus observare licet, quæ tota hyeme in suis latibulis se continent sine alicujus alimenti copia, quia calor naturalis occupatus est in pinguedine absumenda, quam æstatis tempore collegerunt.*

Hæc sunt [*Monardus inquit*] quæ de celeberrima hac planta Tabaco,

baco, ejusque facultatibus colligere potui. Zacutus verò præter hæc omnia sæpe felicissimè adversus alopeciam succi Tabaci vires expertus est, ut cernere licet *observatione* 1. *lib.* 1. *de medic. princip. histor. p.* 7. nec mirum. Nam cum indicatum justam proportionem ad indicans obtinere debeat, ac Tabacum calida siccaque esse temperie, itemque resolvere, mundificare, ac aliquantulum adstringere idem perhibeatur, illa verò omnia ex decretis Galeni aliorumque indicentur in alopeciâ, perfacile modo nominatus auctor scopum finemque hujus usu in ea curanda assequi ex sententia potuit. Ipsus interim recordor, unam itemque alteram virgunculam, male habere cœpisse, cum ad detergendos capitis furfures eis commendatum esset lixivium, in quo macerata erant Tabaci sicci folia, quarum altera vertigine leni corripiebatur; altera verò temulenta esse sibi videbatur: quæ in gratiam tyronum hic loci monenda esse putavi: quos interim non dehortabor, periclitentur alias aliis in partibus Tabaci commoda, quippe Clar. HARTMANNUS inter secretiora habuisse videri poterit in paralysi curandâ, essentiam Tabaci, (quæ sola infusione ex Malvatico & viridibus Tabaci foliis paratur) qua dein præmissis sudoribus membra paralytica diutius perfricanda esse jubet, & sic resoluta membra facile restitui ac redire affirmat.

Sane Tabacum præstantissimarum est virium herba, cujus abusus [de quo mox agetur] minimè ferendus. Quin etiam præter Monardum *Ægidius* EVERARTUS Tabaci vires & usum eleganti commentario Antverpiæ Anno 1587. edito illustravit, qui cum iterato hoc seculo & quidem Anno 1644. prælo subjiceretur ex officina *Davidis ab Hoogen huysen Ultrajecti* proditur9 ei varia opuscula de Tabaco, ut Misocapnus sive de abusu Tabaci. *S. R. M. Magnæ Britanniæ Regis, Jacobi Sexti* gloriosissimæ memoriæ ex illius operibus desumptus; *Johannis Neandri Tabacologia*; *Epistolæ ac judicia Clarissimorum aliquot Medicorum*; deniq; hymnus Tabaci *Raphaëlis* Thorij juncta sunt. post quos authores *Joh. Chrysostomus Magnenus* in celeberrima Ticinensi universitate Regij Medicinæ P. P. Anno 1648. exercitationes de Tabaco perdoctas edidit. Cæteroquin cum non solum ex his recensitis authoribus, sed quoque ex lectione *Andreæ Cæsalpini de plantis*; *Dalechampij historiæ generalis plantarum*;

C *rum*; *Lobelij adverſariorum*; *Cluſij in notis ad Monardum*; *Dodonæi & illius auctarij authoris Anonymi*; *Tabernæ montani*; *Nardi Antonij Recchi rerum Medicarum novæ Hiſpaniæ cum Terrentij Lyncei notis* &c. conſtet, quod præterquam accurate natale ſolum, aut quomodo poſt detectam aut inventam à *Chriſtophoro Columbo & Americo Veſputio Florentino* Americam, cognitio Tabaci ex ea in Europam immigravit, & quæ huc ſpectant; itemque illius vires & uſum deſcripſerunt; quidam etiam eorum plurima de abuſu in ſua commentaria retulerunt; Utique cum habeam tot virorum bonorum exemplum, qui eorum exemplo mihi licere idem facere, quod illi fecerunt, putem; puto quoque à nemine mortalium cujuscunque ſint Nationis, minime mihi veniam eſſe impetrandam, aut vitio dari, ſi poſthabito omnium partium ſtudio more meô Germanus (Germanorum enim eſt rotundo ore loqui; nec aliud clauſum in pectore aliud promptum in lingua gerere) pervicaci ſtudio hic loci contendam abuſum Tabaci abrogare, quod quam difficile factu ſit, prævidi, vel in *hiſtoria pimpinellæ ſanguiſorbæ Claſſe ſecunda hujus mei Quadripartiti*; Quæ dum molior in tranſitu, veluti ex *Magneni exercitat.* 1, *paragr.* 1. *p.* 3. *hiſtoriæ Tabaci* ingens *Libavij* paradoxon noto, nempe Tabacum noſtræ Europæ, non fuiſſe hoſpitem, ſed indigenam & patriam plantam, ceu qui ſcripſerit Tabaci plantas in Hercyniæ ſylvæ locis magis inviis fuiſſe inventas; quo loci author addit; *at quis negat à ventis ſemina hinc & inde deferri*. An ergo ex America usque in Europam perpuſilla & ad atomos propemodum Democrati comparanda; an ex aliis Regionibus ex Galliis, Heſperia, Italia turbine quodam acta in Hercyniam ſylvam ſparſa ſunt Tabaci ſemina. Quod cōmentum mihi non placet, Tabacū cum ſui generis ſit planta & Americæ indigena; & quis Hiſtoricorum ejusmodi turbinis meminit? Longe lateque quidem & per aliquot milliaria Ætna noſtras ſeu Hecla mons Iſlandiæ, uti navigantes fide digni referunt, dum ruptis fornacibus is undat, favillas cineresq; ſpargit; At tanta vertigine cœlum rapi, aut tam vehementes ullos turbines aut typhones exſtitiſſe, infenſiſſimos alias Indiam petentibus, ut ex una orbis parte in aliam, ex una Regione, Regione dico, in aliam, ſemina diſ-

D

ſeminent, vero mihi non videtur ſimile; de loco in locum, ex æquo in aſperum, ex clivo in jugum, vel contra; aut ex horto meo in vicini Ucalegontis ſubſidio venti transferri poſſe, non nego. Sed his relictis ſtadium decurro. A

Hac ipſa in Claſſe cum lit. G. Gallij mentionem facerem, retuli quod noſtrates Seelandici Ruſtici id Klammer-urt (Latinè herbam rixoſam dixeris) appellent. Qvi vero Tabacum latine herbam rixioſam Indicam, Danicè Indianiſcke Klammer-urt/vel etiam herbam inſanam Danicè Gal-urt/Germ. Zanck/vnd Dolkraut appellaret, anne is multorum puncta ferret; Quid enim frequentius accidit proh dolor! quam quod ij qui in cauponis aut lupanaribus, aut aliis obſcuris locis ætatem extendunt, in quib⁹ à Sole oriente usq; ad illius occaſum tabaci fumo caletur maximè, ſeſe eo invitantes, ſubinde in capillos ac oculos involent, modo eos non exſculpent ſibi invicem? Imo adeo Tabacũ & ſenes & juvenes dementat, ut parentes non liberorum â ſe genitorum nec liberi parentũ grandævorum rationem habeant. Sic obſervantur nonnulli parentes comburere ſua bona, peculiũ, ſtipendiumve, ad fumantis Tabaci tubulos, quorumq; liberi domi ex heſterno jure panem atrum vorare coguntur. Contra filius, quod parens unciatim vix demẽſo de ſuo (ut cum Comico loquar) ſuum defraudans genium comparſit miſer, id ille univerſum tabernis tabacariis impendit, Thaide nõ procul remotâ aliquâ, haud exiſtimans quanto labore partum. Hinc quibus jam ad reſtim rediit res, usq; adeò ut nequidem domi murem alere queant, in foris ſcrutariis utraque Minervæ ac Martis arma, libros & gladios, quibus utrisq; *Livio teſte* aliàs gloria acquiritur, emptori venum exponunt viliſſimo pretio. Hæccine verò extrema dementia eſt, quæ complures Europæos cæpit. Ut taceam S.R.M. Magnæ Britanniæ Regem teſtari *apud ipſos Americanos vix emptorem reperire ſervum, qui ſe Tabaco mancipavit; adeo que ipſis authoribus in viſam eſſe hanc mollitiem.* Et tamen nos Europæi non reſipiſcimus? ſed quotannis transmare ad Americam usq; currimus, nullis parcentes ſumptibus; noctem intempeſtam ac meridiem; malaciam ac tempeſtatem; ſudum ac imbrem; valetudinem ac morbos; vitam ac mortem juxta æſtimantes, ut ex eâ Tabacum avehamus, & nonne ex ea reduces univerſam Europã B

 fœdiſſi-

C fœdissima illa porrigine, ad cujus nomen meritò exspuitur, Americanis ob sarcophagiam carnis humanæ, uti *Fioravanta* putat, endemia infecerunt, quæ alias lues Neapolitana German. die grosse Pocken/appellatur: Sed hoccine ut *Cornel. Agrippa lib. de vanitatibus scientiarum cap.* 84. *p.* 402. loquitur, revera est *Mortem magna pecunia emere* Germanicè dixeris **daß heisst mit der Tobacks-Pfeiffe voller Pocken/Drüse und Huren-Beulen dem Teuffel mit vollen Spohrenstrichen in den Rachen rennen.** Qvid? quod ipsi Indi ac Barbari ob abusum Tabaci teste Monardo in Æthiopes aut mancipia sua satis severè advertant, ea egregie castigantes & illorum tabaco exurentes, ubi nimis frequenter Tabaci fumum hauriunt, ne, uti puto sonticos ac morbidos servos alere cogantur ipsorum domini; quis enim sonticum servum redimeret sub hasta? Teste *Viganeno in libro de ritibus moribusq́ Turcarum*, qvem in testimonium citat *Johannes Chrysostomus Magnenus in exercitationibus suis de Tabaco, exercitatione VI.* §. 10. *p.* 81. Orientalis Imperij Tyrannus Amurethes IVtus, edicto gentis more ferè semper capitali cavit, ne quisquam fumo Tabaci uteretur; veritus ne ob illius abusum steriles nancisceretur subditos. Sic magnus D Dux aut imperator Moschoviæ, teste Clariss. Viro Dn. Adamo *Oleario* **in der vermehrten Moscowitischen und Persianischen Reise-Beschreibung** Anno 1663. *edita lib.* 3. *cap.* 6. *p.* 197. *& cap.* 20. *p.* 273. ob insignem abusum utriusque Tabaci seu fumosi seu sternutatorij Anno 1634. interdicto prohibuit, ne quis dictioni suæ subjectis provinciis Tabacum inferret, vel in iis uteretur, secus si quis faceret, aut ipsi non pareret, ei paratissimam fustigationis aut virgarum fore pœnã; & alarum nasi bifidam, aut bipartito instituendam sectionem, quorum ignominia hac affectorum, aliquot modo laudatus clarissimus author p. 223. sibi ac comitibus suis obviam occurrisse testatur. Sic eodem teste *lib.* 5. *cap.* 31. *p.* 645. Persa *Schach Abas* in castris suis exercitui suo, quem contra Tameran Chan conscripserat, omnem Tabaci usum interdixit; Qui cum aliquando per exploratores cognovisset, quosdam militum intemperantiæ suæ posthabuisse ipsius mandatum, eis nasum & labia præscindenda curavit. Imo idem adeò severè in Tabaci vendulum Persam inscium interdicti in castris promulgati, animadvertit, ut ad vivi-comburium condemnatum in rogum una cum Tabaco conjiciendum ac concremandum jusserit. Sed

Sed his similibusque exemplis moverentur forsan nonnulli Europæorum, nisi pessima consvetudo tabaco sese corrumpendi eorundem animos adeo occupasset, ut S. R. M. Magnæ Britanniæ Rex JACOBUS gloriosissimæ memoriæ existimarit, *vix integram sylvam Britanniæ fumivendulis suffocandis sufficere*; Quem *celeberr. Hofmannus lib. 2. de medicam. officinalib. Cap. CXI. p. 320. §. 30.* testatur *publice in Oxoniensi Academia disputasse contra hanc fatuitatem: Ostensis exemplis eorum, qui laborassent quidem diu insanabilibus pectoris morbis, deliriis, insomniis, convulsionibus &c. post mortem autem inventi fuerint, pulmones habuisse totos nigros ac retorridos non secus ac si fumo indurati essent. Idem Hofmannus* audivit *à militibus in Belgio versatis, vidisse se dissecta capita eorum, quibus patera Cerebri ab Anatomicis dicta, tota interius esset nigra, licet à Carnifice interiissent.* Audivit etiam *à patritio Norico, qui in superiori bello Bohemico vidit, omnes qui in* conflictu cum hostibus interierint, Anglos habuisse talia capita. *Hinc discant sapere* (Hoffmannus inquit) *qui sapere aliàs nolunt.* Quin & Nardus Antonius RECCHUS *lib. V. rerum Medicarum Novæ Hispaniæ p. 174.* observavit, quod ij, *qui auxilio Tabaci frequentius quam deceat uti assvescunt, reddantur decolores, lingvam gestent squalidam, & palpitans guttur; hepatis ardore afficiantur, ac in cachexin ac in hydropem lapsi, morte tandem obeant.* Næ ergo omnes similem diætam instituentes egregium stultitiæ suæ præmium auferunt!

Verum ne nimis longus sim in rebus apertissimis, sufficiat hic loci delibasse summa. fumi tamen Tabaci abusum, quàm pulveris esse nocentiorem extra omnem controversiam, verissime defendi posse auguror; maximè, si hujus effati ratio, anatomicis exemplis illustretur, mox quod fiet. Sane dici non potest, ut semel atque iterum laudatus S. R. M. Magnæ Britanniæ Rex severè & religiosè dissvadere subditis suis ultimis misocapni sui his verbis voluit, inquiens: *Tandem igitur, ô cives, si quis pudor, rem insanam abjicite, ortam ex ignominia, receptam errore, frequentatam stultitia; unde & ira Numinis accenditur, corporis sanitas atteritur, res familiaris arroditur, dignitas gentis senescit domi, vilescit foris: rem visu turpem, olfactu insvavem, cerebro noxiam, pulmonibus damnosam; & si dicere liceat, atri fumi nebulis tartareos vapores proximè repræsentantem.*

 Sed

C Sed ex Tabacophilorum turba omnia hæc temnentium, ceu quorum aures à fumo Tabaci ita occalluerunt, & cerebri nervorum quintum par illius à fuligine ita obturatum est, ut salubria monita admittere nequeant, prodeat quis in medium, nec dum adhuc vitiosus, quæratque ex me, an hæc mens mea sit aut ratio mea, ut velim Pontificem maximum, Imperatorem, Reges, Electores, Principes, Duces ex universa Europa proscribere iterum aut relegare Tabacum debere? Optandum sanè proscriberent, ac relegarent ob recensitos maximos abusus. Verum tale quid sciscitantem, hic loci obtestor auscultet prius Senecam, cui mox ut par est respondebo. Præcipit autem Seneca de vita beata cap. 1. p. m. 652. *Nihil esse magis præstandum, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non qua eundum est; sed qua itur; Atqui nulla res nos majoribus malis implicat, quam quod ad rumorem componimur: optima rati ea, quæ magno assensu recepta sunt, quorumque exempla nobis multa sunt; nec ad rationem, sed ad similitudinem vivimus: Inde ista tanta coacervatio, aliorum supra alios ruentium. Quod in strage hominum magna* D *evenit, cum ipse se populus premit, nemo ita cadit, ut non alium in se attrahat; Primi exitio sequentibus sunt: Hoc in omni vita accidere videas licet: nemo sibi tantum, sed aliis erroris causa & author est.* &c. Dolendum ergo maximè, quod nos Europæi hoc in casu ad consvetudinem Barbarorum vivamus, quos antecedentes seu pecorum ritu sequimur, cum nos deceret, non illos, sed rationem Ducem sequi, quâ Dei gratiâ, longè longè Americanos antecellimus, ut ex Commentariis clarissimorum Virorum constat, qui cœlum, mores vitamq; Americanorum describserunt: *Qui* (ut mihi cum Salustio loqui liceat) *dediti ventri atq; somno indocti incultiq; vitam veluti pecora, & sicut peregrinantes transigunt: Quibusq; profecto, contra naturam corpus voluptati, anima oneri est. Quorumq; ego vitam mortemq; juxta æstimo*: vel non minus belluinam vitam vivunt, quã ij, qui Africæ mediterranea loca incolunt, qui teste nostro Hippocrate de morbo sacro, p. m. 282. *in pellibus caprinis recumbunt, & caprinis carnibus utuntur* (Atque Americani nonne ipsis humanis?) *cum ne stragulum quidem, neq; vestimentum neq; calceamentum aliud habeant, quam caprinum.* Quæ omnia ne quidem sibi Americani comparant nudi, desertis in locis

ac latibulis, ætatem extendentes. Quæ cum ita se habeant, quis ergo sanæ mentis defendet, cum cœlum & diæta diversis in provinciis habitantium Americanorum, à nostro Europæo, & nostra diæta (quo nomine omnes sex res non naturales, ut in scholis medicis loquimur intellectas volo) maximè discrepent expedire, ut jugem usum Tabaci seu admittamus, seu in Europa toleremus? A

Atque ratione quoque non caret, quod paulo ante laudatus *Cornel. Agrippa* l. c. p. 404. putet, *plurimum conducere saluti hominum ac Reipublicæ, peregrinis omnibus exoticisq; pharmaciis, quæ tanto præterea pretio, à prædonibus, mercatoribus in Reipublicæ detrimentum adaucta sunt, omnino interdicere &c.* Nec minus caret: quod olim Romæ Nero legem tulerit, *qua iis duntaxat, quæ noster gignit orbis pharmaciis, pharmacopolæ uti compulsi sunt, cum hæc nostræ cujusq; naturæ conveniunt magis, tum longe recentiora, electiora, minoriq; difficultate ac sumptu haberi possunt, minoriq; periculo, quam peregrina; quorum maxima pars suspecta est, ut quæ sæpissimè sophisticata, rejectitia, vel in navi suffocata vel immersa lacuna, vel vetustate corrupta, vel non debito tempore & loco (unde sæpe plurimum imminet periculi) collecta sunt.* Et quis dubitabit, cum quandoque accidat, ut à veteribus quidem descripti morbi, in Europa infestent ægros, sed novis & inauditis comitati symptomatis, imo vel novi in Europa emergant morbi, quin, quæ Asia, Africa, America in Europam mittunt sive medicamenta sive fructus edules, aut novas delicias, omnia hæc seminaria sint, aut fundus nostræ calamitatis. B

Sed oppugno Tabaci abusum, à quo divelli aut me abripi hic loci non patiar. Imo salubre esse medicamentum Tabacum non diffiteor, methodo medendi non neglecta usurpatum, quo ipsus quotannis semel ubi circa ver, secunda vice ubi circa autumnum catharrho infestor, non abstineo. Aliàs notum omni populo, quod ubi tussicula exasperavit v. g. Titi, Sempronij, Petri, vel Pauli fauces, illi non audeant Medico nō consulto usurpare vel syrupum violarum, vel glyzyrrhizæ, sed illius consilium expetunt, una cum multis valetudinem suam & quidem diligenter curantibus utriusque sexus ægris: & tamen complures imo myriades Europæorum inconsultò manè vesperi, noctu interdiu, cœlo quocunq;

C nubilo & ſereno, Tabaci fumo penetrantiſſimô, infumant cerebrum, rationis ſive palladium, ſive palatium, aut metropolin? Tollamus ergo barbarum hunc morem, ſalutis humanæ aut valetudinis intereſt.

Ut taceam, credibile eſſe, ut ſub dola Americana Natio nobis Europæis, ubi advertit, tantam vim Tabaci Europam quotannis abſumere, lucri cauſa imponat: Quin imo ipſi Europæi mercatores, ut nos emungant pecunia, variis dolis ac pravis artibus beneficio muriæ, limonum, aceti, vini euphorbij, jam dudum docti ſunt adulterare Tabacum. de quibus videndus *clariſſimus Neander in Tabacologia*. Inſuper creditu difficile eſt, ut quicquid funis in modum contortum, nomine Tabaci ex America, omne illud ex meris aut non vitioſis, ſed ſolum ſelectiſſimis Tabaci foliis conſtet: Quippe vel vulgo notum, Tabaci bonitatis notas, ſive colorem, ſive odorem, ſive ſaporem, ſive denique pretium & pondus ſpectes, oppidò variare apud nos Europæos; Qui con doce facti ſunt (ſed honos præfandus eſt) ex paxillo aliquandiu ſuſpendere in cloacis Tabacum, ut beneficio Salis valde volatilis urinæ & ludij aut ſtercoris humani, corruptum, inſipidum & leve; acrius & ponderoſius ignaris
D hujus peſſimi doli venundetur, vnd dar ſchmecket dann ein Trunck auff/ wann er ſo fein bereitet iſt/ vnd ſcharff nachſchmecket/ qui profit bibentibus. Egregia autem methodus capitis medendi, aut ex eô ducendi excrementa; de quorum uberiori proventu, corrupta cerebri temperie eorum, qui indies ac cotidie ſe tabaci fumo oblectant, mox agetur.

His præmiſſis ſi Tabacophilos vacivas jam mihi commodabit aures, decernam de illa ventilari cœpta quæſtione, nempe alterutrum Tabacorum præſtet. Dico utrumque eſſe improbum, neutrum niſi deliberato animo ulli commendandum (recordor priorum & me ipſum averſari Tabacum) attamen minus noxium eſſe ſternutatorium quam fumoſum Tabacum decernendum arbitror, ut paulo ante indicavi. Volunt qvidem nonnulli jugi uſu pulverati aut ſternutatorij Tabaci viſum acui, ſed qvanto cum periculo conjuncta hæc medela ſit, id elegantiſſimis Anatomicorum Coriphæi ADRIANI SPIGELII, *corpor. human. fabr. lib. VII. cap. 2. p.* 243. rationibus confirmatur; poſtqvam ibidem hoc problema propoſuerat, nempe *qvæ cauſa fuerit, ut multi ex pluribus* (*præ-*

ſertim

ſertim ſibi de induſtria concitatis) ſternutationibus in cœcitatem derepente lapſi ſint. Fit hoc (inqvit) *vel qvia arteriarum carotidum rami, qvi nervis opticis ſic vicini ſunt, ut tangant, repleantur, & repleti hos comprimant, vel qvia copioſus isq; pituitoſus humor ex cerebro ad opticos nervos traductus fuit, qvi obſtruxit. Illos qvandoq; ſetaceo curatos vidi: hos qvibus ab humoribus pituitoſis malum hoc enatum fuit, nunqvam convaluiſſe memini.* Qvin & Joh. Chryſoſtomus Magnenus exercitat.8. de Tabaco §. 1. p. 105. defendit, *Sternutamento violentius agitato capite, disruptisq; eo impetu meningibus, laxataq; cerebri compaginatione non nullos interiiſſe*; Qvam ſuam ſententiam ibidem exemplo *piſtoris ſuburrani*, cujus Famianus Strada meminit, confirmat, *cui, cum vigeſies qvater ſternutaſſet, continue ſuccedens proximè, ſternutamentum vigeſimum qvintum exitio fuit; diſruptis arteriis & membranis cerebrum circumcingentibus.* Idem §. 4to. p. 109. teſtatur, *ſe vidiſſe non neminem, cui inſanus hujus pulveris uſus criſtallinum corrugaverit humorem, unde & fluitantia cernebat objecta.* A

Sed Tabacophilus rara dixerit exempla narras? Rara ſunt fateor. Sed anne qvoqve noſti qvod qvæ raro fiunt, fiant tamen; & qvod alij contigit idem Tibi accidere poſſe. Qvod ſi ergo non illico tibi falx duræ menyngis, Herophili neq; torcular (Apoplexiæ lethalis locus) à ſternutatione artificioſa tabaci hiſcant, tunc tamen putas, qvinqve tuis ſenſibus præclariſſime proſpectum iri, modo prolicias ex cerebro ſubinde pulverato Tabaco blennam aut mucum? & qvidem per naſum, aut potius os ethmoides, Teſte Gal. & aliis Anatomicis, non cerebri excrementis excernendis deſtinatum organum, ſed olfactus? Erras ergo mecaſtor, erras toto cœlo. Tantum enim abeſt, ut dum forte oculis perſpicere, aut acuere viſum geſtias, qvem corrumpis interim, ut inſuper olfactu priveris. B

Hic in Nobiliſſimo hoc Regno Daniæ, ſi qvis capitis diminutionem patitur, magno probro is audit: Ein drey Marcks Mann: aſt qvi qvinqve ſuorum ſenſuum diminutionem patitur, cuiqve integri ſolum tres ſuperſunt, cæteros cum præ artis Medicæ ſive contemptu, ſive imperitia, imo ſua ipſius intemperantia, ſibi ipſi nefarie ac petulanter corruperit, qvo nomine illum appellabimus? *Murcum* puto deficiente cõmodiori Romano vocabulo, vel ſi mavis *cauſſarium*: de qvibus vocibus conſule

ſule

C ſule *Lipſium lib. 1. de militia Romana dialogo quarto p. 30. 31.* Atqve remoto joco poſcis exempla hujus infortunij illiusqve rationes? ſufficiam tibi utraqve ex Magneni *de abuſu Tabaci exercitat. 6. §. 15. p. 99.* petita, cujus hæc ſunt: *dico olfactum ab abuſu Tabaci in multis aboleri, id plures mihi retulerunt, tum qvi pulvere tum qvi fumo abutuntur. Ratio eſt, qvia nimis exiccantur proceſſus mammillares, unde cum ſicciores qvovis odore reddantur, non poſſunt ab iis immutari. Odor enim eſt à ſucco ſuperante humidum ſenſoriaq; ab objectis ſuis immutari poteſt. Ariſt. lib. 3. de An.* Idem exercitatione 82. §. 1. pag 105. refert, *ſe noviſſe hominem qvi die unica pulveris Tabaci optimi uncias qvatuor naſo ſuo perdiderit.* Qvi poſtea illam qvæſtionem ventilat, *qvi fiat, qvod tabaci pulvis excitet inſolitis ſternutamentum, aſſvetos autem non moveat?* itemqve eam: Qvid damni aut utilitatis afferat pulveris Tabaci uſus. Ultimò legitimum Tabaci pulveris uſum in errhino & ptarmico docens, qvæ apud ipſum authorem legi, haud commode huc ea omnia transferri poſſunt. Inter alias autem rationes & hanc adfert, qvod pulvis tabaci oſſis ethmoidis meatus ſubire ibiqve

D hærere aliqvandiu poſſit. Qvotus qvisqve ergo eſt, niſi ipſus ſit architabacarius, atqve adeo animo occupato, qvi non intelligat, qvod meatibus aut foraminulis oſſis ethmoidis à pulvere tabaci obturatis, cum cerebrum per os ethmoidis, neq; aërem, ut eo ventiletur neq; rerum odorabilium ſpecies admittere poſſit, qvin neceſſario olfactus intercidat. Sed leviculum ac forſan momentaneum hoc eſſet malum; aſt cum Tabacum inſigni narcotica vi præ aliqvam multis ſimplicibus ſit præditum, calidum, ſiccum, unctuoſum, penetrantiſſimum, hæc illius vis aut ſpecifica facultas facit, ut octavo SPIGELII vel noſtratis BAUHINI Virorum nemini eruditorum in tota Europa non notorum primo nervorum cerebri pari olfactui dicato ſentiendi ſeu olfaciendi potentia, ſenſim, tandem omnino adimatur; ceu qvod in proceſſum mammillarem traducatur: qvi interiori cerebri parte ad os ethmoides dura matre inveſtitum, ſiti ſunt, ac regionē aut ſedem iſtam occuparunt, cum ergo ad naſi radices usq; pulvis Tabaci Narcoticus magna copia violenter attrahatur, & punctum temporis Natura otioſa non ſit, ac in vivo corpore ex decretis Hippocr. noſtri omnia ſint permeabilia, ac tranſpirabilia, utiq; aliter

ter fieri non poteſt, ut innui, qvin partes olfactui deſtinatæ, à narcotica Tabaci facultate miſere affligantur. Atqve hæc in gratiam Tabacophili protuli; jam me urget turba capnophilorum Tabacariorum, ac inſtat ſibi qvoqve, ut ſatis fiat, Faxo. Ita autem cum vulgo comparatum eſt, ut exemplis magis qvam rationibus ducatur. Qvare pace eruditorum mihi liceat procurrere, aut illico ad exempla confugere: Verbulo interim non meminero eorum, qvæ ſuperius introducti Authores in vires Tabaci commentati ſunt; id enim ſtudeo hic loci unice, ut demonſtrem qvam penetrantiſſimum ſit Tabacum ſive Nicotiana pharmacū. A

Vir celeberrimus inclutiſſimæ famæ *Johannes* HEVRNIVS *lib.1. method. ad prax. p. m.* 86. ſane ſingularem penetrantem Nicotianæ facultatem comperit, cujus hæc ſunt: *Mira vi ſuffitu admiſſa prædita eſt Nicotiana &c. Etenim hæc mira ubertate ore ac naribus pituitam evocat. Arida folia carbonibus igne candeſcentibus injiciuntur ac fumus excipitur ore hianti, & infundibuli anguſta fiſtula: totum enim cerebrum pervadit, & in aures eadem arte infertur, & qvoq; utero. Verum id affirmare poſſum, hanc herbam peculiari ratione cerebro dicatam eſſe, facileq; eo viam affectare, ac id ab omni inquinamento eluere, cum ego ipſe ante annum, vehementer ex dente laborarem, hanc decoxi ex aqva adjectis chamæmeli floribus; tepidi hujus decocti cochlear ore tenebam, expuebam, ac idem agebam horis duabus; dolor miteſcebat: poſtridie cum ex more meo hortulum in ſuburbiis acceſſiſſem, inclinatoq; capite qvid graminis evellerem, liqvor croci flavedinem referens, copioſè e naribus meis effluxit. Nicotianæ odorem referens; ac omnis dentium dolor evanuit. Mihi toto vitæ curriculo nec ſangvis nec qvid præter ſeroſam pituitam è naribus fluxit unqvam, ac nihil ego vidi hoc effluxo liqvore flavedine altiori tinctum.* Hactenus ille. Hæc & ſimilia vivus olim meus Præceptor, non ſine ſumma veneratione mihi nominandus, ſummus Philoſophus, Anatomicus, Botanicus ac Medicus inſignis. S. R. M. Daniæ ac NORWAGIÆ Regis CHRISTIANI QVARTI glorioſiſſimæ & æternæ memoriæ Archiater *Henningus Arniſæus*, non negare de Tabaco qvidem, ſed inſuper ſuo more perdocte, de omni fumo ore captato ita decernebat; nempe, eum ob acrimoniam eſſe penetrantem; atqve adeo ceu per tectos cuniculos perrepere & B

C alterare universam cerebri massam, utramqve meningem cerebri, omnis generis vasa & in iis contenta &c. Qvi cum semper ipso actu qvoqve esset calidus, dum ex calyce tubulorum ignito & flammante Tabaco ore exsugeretur, fieri per rerum Naturam aliter non posse, cum ex decretis Aristotelicis caloris esset, colligere homogonea & segregare heterogenea, qvin funderetur pituita, cujus metropolis aut receptaculum glandularum qvasi omnium maxima ab Hipp. cerebrum statuitur. Neqve dubito (salvis aliorum opinionibus) rem ita se habere, ut *Arnisæus* decrevit. Nam puto, prodromos catarrhorum sternutationes, sputationes, salivationes omnes hos actus (non de generatione materiæ, aut materiæ morbificæ causa loqvor) à calore proficisci aut illũ esse causam sine qva non catarrhorum. Sic incomparabilis *Hoffmannus lib. 3. institut. medic. cap. 193. p. 453. §. 6to. Solum calorem, eumq́ utplurimum externum, ut est ignis Solis, ab exercitiis, à vino, aromatis, inter quæ cinamomum & crocus est, quo tam libenter condimus cibos*; fundere pituitam aut acre serum; defendit. Qvod si ergo qvis ellychnio ex emunctorio corraso,

D funis igniarii militaris stupei præsegmine, vel deniqve terræ bituminosæ fossilis, & præsertim Hollandicæ frustulo calycem tubuli tabacarij, (**wann einer wurde mit dem Taacht oder ösel auß der Liechtputze hervor gesuchet: ein stücklein von der Lunten/oder deß besten Holländischen Torffs/eine Tobacks-Pfeiffe an statt deß Tobacks anfüllen**) loco tabaci (qvibus dolis malis milites præsidiarij se invicem decipiunt) referserit: Utiqve non minus qvis sputabit, qvi singulorum horum incensorum fumum, per tubulum Tabacarium suget, qvam si optimæ notæ Virgineano Tabaco calycem tubuli replevisset. Et nonne milites, vel nautarum operas cernis aut advertis, eandem ex incensa papyro vel voluptatem vel effectum percipere, qvam si illorum cerebrum ipso tabaco infumaretur? Positis ergo his & concessis, nempe: acrem fumum & calorem qvemcunqve, dicto modo intromissum in cerebrum fundere pituitam, eamqve, qvâ dantur portæ, ut sunt os ethmoides & sphœnoides ruere, ac illac præter naturæ institutum per nares emungi, hàc ac per palati cœlum eandem percolari, ac oris beneficio naturaliter excerni, ut in disputatione mea anniversaria de catarrho, Rostoch. Anno 1637. thes. 23. 24. defendi. Qvid ergo causæ sit, ut statuatur

tuatur præ ceteris *Tabacum mira ubertate ore ac naribus pituitam evocare, vel peculiari ratione cerebro esse dicatum, facileq; eo viam affectare, ac ab omni inquinamento eluere, ut Clariss. Heurnius loquitur*, causam nullam video? A

Qvod cum antea calidum, siccum, unctuosum ac penetrans esse demonstravi, nunc dico ob has qvalitates facile flammam concipere. Ast cum idem præ aliqvam multis simplicibus, insigni Narcotica vi sit præditum, hinc ratione sulphuris sui Narcotici stupefacit, & corrumpit cerebri temperiem, usqve adeò, ut cum ex aliis simplicibus concitatis fumis, v. g. majoranæ, betonicæ, roris marini, succini mastiches & similium pituita à cerebro citra noxam eliciatur, moderate usurpatus à Tabaco illius τόνος semper dissolvatur. Atqve hæc narcotica Tabaci qvalitas in causa est, ut Capnophili Tabacarii ad urnam usqve sint sputatores vid. *Historiam pimpinellæ Class. secunda. Quadripartiti mei novissimæ editionis.* potius prisco ritu in rogo comburendi, qvam hodierno tumulandi, ut igne concrementur mortui, vivi qvem veluti sitiverunt. Non ergo ideo, qvia ab illius freqventiori usu mira ubertate pituitæ veluti stillet cerebrum, peculiari ratione cerebro id ceu specificum aliqvod dicatum, sed qvia narcoticum aut narcotico sulphure citra omnem controversiam abundat, totâ substantiâ cerebro ac nervis infensum ac noxium est; insignis ergo hic committitur causæ fallacia: nam contrarium verum. Hinc non solum permulti, ut antea demonstravi corruptis à sulphure Narcotico Tabaci olfactoriis nervis olfactu privantur; sed qvoqve Capnophilos Architabacarios, non exqvisito esse gustu, qvarto septimoqve cerebri nervorum paribus affectis, qvamvis obviam cerevisiam ingurgitare, vel etiam langventi esse appetitu, & stomacho sextô nervorum pari in eum descendente stupefactô, facile observabis, ceu qvi ultro de his malis conqveruntur. Qvis jam deinceps peculiari ratione Tabacum cerebro dicatum, seu ut ego accipio, esse cephalicum aut cerebro prodesse, aut ei salubre esse remedium, cum id usqve adeò inimicum nervis sit, ut eos stupefaciat, unqvam defendet? Qvis non per bonam conseqventiam sic argumentabitur? Tabacum est calidum, est valde tenuium partium, est maxime penetrans. Ergo ob hæc omnia, qvia Narcoticum una est Tabacum, tanto est nocentius, qvanto est penetrantius. B

C tius. Cur? qvia narcotica Tabaci vis, tarda alias, ceu cicutæ & opii ad agendum, ac veluti torpens beneficio recensitarum qvalitatum, exaltatur & in actum producitur, seu ut apertè dicam qvid velim, ratione acrimoniæ, qvæ sali vel fixo vel volatili tribuitur, narcoticum sulphur viribus omninò integris ad nervos capitis provehitur. Permanere id autem satis diu integrum, & qvidem in vivo corpore croceus ille liqvor, qvi è naribus *Heurnij* postridie ab abusu decocti Tabaci; & florum Camomillæ copiosè effluxit, Nicotianæ odorem adhuc referens, evincit. Nec Tu credas velim, qvod simul ac nares tuæ non amplius fument Tabaco, tibi ab illius fumo sinciput non amplius caleat, omnem fumum evanuisse una, qvem post biduum aut triduum, ubi sternutas, oles aut exspiras. Hoc ergo narcoticum unctuosum olidum sulphur, membranis adhærens cerebri, vel ventriculos, gyros, aut alios illius occultos meatus occupans, sibi soli relictum, cassum fumo, cassum calore, insensibiliter in vivo corpore magis ac magis universam cerebri massam corrumpit, unde jugiter screare ac exspuere cogeris. Sputo verò abunda-
D tiori cerebro à carcotico fumo Tabaci debilitato cum neq; παρέγχυμα, seu ἀδενώδης, neqve Thymus (de cujus usu neglecto ab aliis ego ex instituto in Digressione mea de febribus malignis §. 17. egi.) omnia apta nata ad imbibendum naturales excrementitios humores, ceu spongiæ amplius sufficiant, tum Architabacophili hiare, rauca ac stridula voce muginari, fœtere animam, ceu lue Venerea infecti occipiunt: qvibus Anatomicis his meis demonstrationibus, ceu face, præluceo observationibus, de corruptis pulmonibus &c. heluonum, qvorum in hac Digressione de Tabaco facta est mentio. Hæc cui non sufficiunt, is comparet sibi Neandri Tabacologiam.

Atqve jam abunde satis factum esse puto sciscitantibus aut ex me qværentibus, utrum præstet pulverem an fumum captare Tabaci. Fumum autem illius, ob allatas de narcotica vi rationes sese penetrantem intimè in cerebrum esse nocentiorem palam est. Verum qvilibet abundet suo judicio, oblectet se cotidie tabaco, non intercedo, exorare tamen illum contendam, semper meminerit istius: *Latet angvis in herba.* Nam ut

Impia

Impia ſub dulci melle venena latent, A
Sic ſub παγχρήστῳ generoſi uſuqve Tabaci,
Sæpe qvod excruciat πάγκακον eſſe ſolet.

Qvæ omnia de Medicinali Tabaci ſive abuſu ſive uſu intellecta volo. Cæteroqvin Tabaco fumantes Tabacophili, inſignis Hieroglyphici loco vobis omnibus inſerviunt, fragilitatis humanæ ſubinde nos admonentes, ſcilicet; qvod filius meus cariſſimus *Jacobus Henricus Paulli* in ſuis non inficetis phaleucis in hymnum ad Tabacophilos à Carolo Bonamico conſcriptum, ita ludens indicare voluit:

Quid ſit vivere, quid reapſe veſci
Sit illa ætheriâ Maronis aura,
Si cognoſcere quem capit lubido
Cum Tabacophilis bibat Tabacum.
Et tubo genitos trahere vapores,
Et reddet tenuem per ora fumum.
Recte conveniunt. Perinde vita
In leves cito diſſipatur auras, B
Quum non aëra ſpiritumq́ʒ nobis
Fas eſt, ulterius reciprocare,
Extincto Calido quod inſtar ignis
Omnes corporis impulit canales.
O pulchra effigies! uterq́ʒ tandem
Vergunt in cineres: Homo, Tabacum,
Herba nobilis & voluptuoſa
Tantis deliciis.

Hactenus pro Europæorum valetudine tanqvam pro aris ac focis pugnavi, ac excubias agere toto pectore contendi, ne ipſi eſſent valetudinis imo ſuæ ipſorum vitæ prodigi qvam Deo benedicente prorogare multimodo ſtudio arteque noſtra exoptamus. Verum ſi forſan Medicinæ Candidatus compererit: cis pauculos annos, aut proximis abhinc luſtris ex Aſia & orientalibus ſive inſulis, ſive Regionibus ad nos Europæos, tranſportari cœptam eſſe, herbam Theé vel Tchia dictam viribus Tabaci omnino contrariam, ceu qvæ ſomnum prohibet omnino, qvem

 Taba-

C Tabacum conciliat, atqve adeo, ut illud infenſum ſit ob vim narcoticam cerebro, ita hanc videri ob multa multorum authorum elogia, ceu polychreſton, capiti, nec non viſceribus nutritioni dicatis gratiſſimam; meqve is rogaret ſuper hac herba meam ſententiam: Huic ob publica commoda promovenda, qvæ unumqvemqve maximè movere, haud propria debent, ut *Claudianus* præcipit, gratificarer perlubenter, modo mihi id liceret, ac certo mihi conſtaret, cujus generis aut ſpeciei eſſet herba Theé, aut ad qvam Europæarum herbarum ſpeciem vel referenda vel comparanda eſſet. Tabacum enim Hyoſcyami cognomine Peruviani, Herba Theé nullo gaudet. ad qvod genus Europæarum herbarum qvæſo ergo referes? Imo nec dum liqvere ajo, Theé vel Tchia, herba ſit Græcis πόα dicta vel θαμνίσκιον puſillus frutex aut ſuffrutex. Quæ vocabula Ruellius, Marantha, ac alij paſſim conqveruntur apud Dioſcor. & Theophr. ac alios rei herbariæ Doctores ſæpè confundi, unde etiam propemodum tam magnus controverſiarum & litium botanographorum,

D *Quam magnus numerus Libyſſæ harenæ,*
Aut quam ſidera multa cum tacet nox,

ſunt, ut illa ex *Catulli Phaleucio* ad Lesbiæ ſvavium baſiationum numerum comparata, huc transferam. Sic ex *Pinace Bauhini p.* 414. noto *Plinium lib.* 24. *Cap. XI.* Rhus ſuffruticem (celebratiſſimis Botanographis Cluſio & Dodonæo arbitris) Belgis Gagel/à noſtratibus Porß à Megapolitanis Poſt dictum, herbam appellare; Sic idem in *pinace pag.* 70. *refert* Benzon. lib. 1. cap. 16. Tabacum appellare arbuſtum, qvod dupondius tyro in re botanica novit eſſe herbam. Præ omnibus tamen Authoribus, qvi Latino ſermone in herbam Theé commentati ſunt, ſtudioſiſſimè ex Hiſpanico, Gallico, Britannico, Belgico idiomate conſcripta, in Latinum tranſtuliſſe vel in compendia contuliſſe, videri poterunt Nicolaus TULPIUS & R. P. NICOLAUS TRIGAUTIUS, Magni nominis, nec minoris auctoritatis Viri, qvos ipſos hic loci in ſcenam introducam, qvo ſi fieri poſſit, illis veluti ducibus ſolerti conjectura aſſeqvar; *Primo* cujus generis aut ſpeciei ſit herba Theé *Secundo* an Aſiæ ſoli ſit propria aut omninò in Europa exulet vel non, vel *tertio* deniqve, qvæ ex Euro-

Europæis herbis illius ſuccedaneum eſſe poſſit, aut neceſſario illi ſurrogari debeat; idqve tanto confidentius facio, qvanto promptius tanta in confuſione authorum, Vir Clariſſ. Dn. Olearius lib. V. Der Persianischen Reise-Beschreibung / cap. 14. p. m. 600 ſemel atqve iterum in hoc commentario laudatus, etiam ſuum Lectorem ad prioris Tulpii nempe lib. IV. obſervat. medicar. Cap. 59. pag. mihi 400. ableget. A

Auſcultemus ergo Tulpium: *Indiæ orientali* (inqvit) *nihil familiarius eſt potione decocta ex herba quam Chinenſes Theé aut Japonij Tchia appellant.* Cujus notitiam ab illis qvi cum ſummo imperio illic præfuere mihi communicatam eqvidem lubens poſteritati tradam. Sunt itaqve huic *herbæ ut folia oblonga, acuminata, & in ambitu crenata, ſic radices fibroſæ ac in minimas particulas diſperſæ*, creſcitqve tantum non in Chinâ ac Japonia, verum etiam in Chiam. At eo diſcrimine qvod Chinenſis *folia ſint ex nigro viridia*, Japonenſis verò *colore dilutiore ac ſapore gratiore.* Unde fit, qvod Japonenſium Tchia longe pluris etiam æſtimetur qvam Chinenſium Theé; veneatq; non raro *una ipſius libra centum argenti libris.* Qvippe creditur hic paſſim, nihil hâc herba ſalubrius, cum ad vitam in extremam ſenectutem prorogandam; tum ad impedienda qvæcunqve ſanitatis incommoda. *Neq; ipſam reddere ſolum corpora vegeta*, atqve arcere calculi dolores, qvibus his neminem dicunt obnoxium, verum etiam tollere dolorem capitis, gravedinem, lippitudinem, deſtillationem, ſpiritus difficultatem, ventriculi imbecillitatem, inteſtinorum tormina, laſſitudinem *ac ſomnum, qvem tam evidenter compeſcit, ut ſorbitionem hujus decocti aſſumentes, videas interdum integras noctes lucubrando conſumere, ac ſine ulla moleſtia evincere inexpugnabilem cæteroquin dormiendi neceſſitatem.* Calefacit enim modicè & adſtringendo ventriculi oſculum, refrænat coërcetqve usqve eo vaporum ad ſomnum conciliandum neceſſariorum adſcenſum, ut nihil impedimenti offeratur illis, qvi ſcribendo ac meditando ſatagunt noctes tranſigere

Videtur autem hæc planta *non longe cognita fuiſſe Chinenſibus, neq; admodum diu in uſu*, deſunt enim ipſis avita, qvibus eam deſignent nomina; ſive hieroglyphici illi characteres (qvales fermè ſunt omnes Chinenſium literæ) qvibus exprimant ipſius naturam.

Diffe-

C Differuntqve etiam haud parum inter se discrepantes hæ nationes circa utendi rationem; permiscentibus Japoniis pulverem *hujus plantæ* in lapide ophitide contritum aqvæ calidæ; Chinensibus verò *ipsam plantam* cum paucis salis sacchari ve granis exliqvore aliqvo decoqventibus. Qvod decoctum deinde calefactum officiosissimè propinant cum convivis invitatis, tum qvibuscunqve honoris causa ipsos salutatum venientibus, idqve ea animorum inclinatione, ut principes etiam viri non detrectent, qvin potius honori ducant, suis manibus hanc herbam vel amicis decoqvere, vel alioqvin ei miscendæ temperandæve operam suam impendere. Exstructis propterea in palatiorum suorum interioribus conclavibus ac foculis ex pretiosissimis lapidibus lignisve isti operi speciatim dicatis, in qvibus curiosè asservantur ollæ, tripodes, infundibula, calices, cochlearia aliaqve perpolita hujus culinæ instrumenta, *quæ aliquot aureorum millibus redempta ac serios integumentis involuta intimis solummodo amicis ostendunt, neq; minori habent loco, quam apud nos adamantes, gemmas, ac braccata summi pretij monilia* uti videre est apud D *Johannem Maffæum* rerum Indicarum *lib. VI. & XII. & Ludovicum Almeidam select. epist. lib. IV. & Petrum Jarricum Tom. II. lib. II. cap. 17. & Matthæum Ricium de Christ. expedit. apud Sinas lib. I. Cap. VII. & Aloisium Frois in relat. Japonica & Jacobum Bontium dialog. VI. Med. Indorum & Johannem Linscotum Cap. XXVI.* Huc usq; Tulpius.

Jam prodit R.P. Societatis Jesu NICOLAVS TRIGAVTIVS, qvi in suo tractatu *de Regno Chinæ. Cap. 3. cui titulus aut inscriptio: quarum rerum sit ferax Sinensis ager pag.* 34. de Theé hæc refert: Omitto necessaria multa, marmora distincta coloribus, pyropos aliosqve lapillos & gemmas, colores ad pingendum non ineptos, odorifera ligna & bitumina aliaque sexcenta. Sed tamen prætermittere nec possum nec debeo, duo triave nostris incognita. *Ac primum sit frutex quidam ex cujus frondibus* celebris illa Sinarum Japonumqve ac finitimarum gentium potio, quam *Cia* vocant, decoqvitur. *Ejus usus apud Sinas omninò esse non potest antiquissimus.* Nam in vetustis eorum voluminibus, nullus ad eam significandam hieroglyphicus character [quales sunt omnes Sinarum literæ] reperitur. *Unde fortasse nostros etiam hac fronde saltus minimi*

nimè carere licet suspicari (Europæus autem Trigautius ; per τὸ nostris & saltus nostros Europæos, & Europam intelligens) Hæc folia verno cœlo legunt, eaque in umbra exiccant, & ad qvotidianam decoctionem asservant, qvam propè continuò in potum adhibent, non sub mensa solum, sed qvoties in ædes hospes, amicum visurus ingreditur. Hac enim potione invitatur, eaqve secundo ac tertio, si moram aliqvam fecetit colloqvendo. Calida semper bibitur aut potius sorbetur & palato non est temperata qvadam amaritudine, insvavis, sed revera salutaris, & ad multa freqventater illius usus. Nec una est hujus *frondis* præstantia, alia aliam solet superare, atqve ita *libram uno aureo, & sæpe duobus ac tribus* si præstantior habita fuerit, comparabis; apud Japones præstantissima *decem aut sæpè duodecim aureis venit*, apud qvos etiam illius usus aliqvanto differt à Sinensi. Nam Japones folia hæc in pulverem redacta, ferventis aqvæ cyatho immiscent, qvantum duobus aut tribus cochlearibus continetur, eamqve potionem ita permistam epotant. Sinæ vero in aqvæ ferventis vasculum, aliqvot ejusmodi folia injiciunt, inde calida posteaqvam horum vim imbibit, epotatur, ipsa verò folia relinqvuntur &c. *Capite verò septimo, cujus inscriptio de Sinarum ritibus non nullis p.158. hæc exstant*: cum qvispiam ad solemne epulum invitatur, pridie vel etiam pluribus diebus, ante couvivij diem, is qvi alterum invitat, libellum mittit ex iis, qvos supra descripsimus &c. cum in convivij domum ventum est, solitis salutationum ritibus, ut supra, expletis, in prima aula consident, & suum illud Cia bibunt: inde ad convivij locum itur. Solet is splendide adornari, non peristromatis, qvorum apud eos nullus est usus, sed picturis, floribus, vasis, & ejusmodi antiqva supellectile; Hactenus ille. Atq; hæc sufficere qvidem vulgo possent, sed haud Medicinæ Candidatis, qvi à me plura exspectant, ceu qvi adhuc ignari sunt, herba sit an frutex, an suffrutex Theé vel T'chia. Qvippe hi modo nominati authores, & qvos loqventes introduxi inter se non conveniunt, qvorum prior seu Tulpius τὸ Theé Chinense vel Chiniticum *herbam esse dicit foliis ex nigro viridibus, oblongis, acuminatis, ac in ambitu crenatis, radice fibrosâ ac in minimas particulas dispersâ* : Japonensem aut Japonicam *foliis colore dilutiore ac sapore esse gratiore* &c. posterior verò

 Trigau-

C Trigautius *fruticem esse* asserit, ex cujus frondibus celebris illa Sinarum Japonumqve *Cia* decoqvitur. Prior Theé herbam *crescere non tantum in China ac Japonia, verum etiam in Chiam:* posterior etiam putat *suspicari licere* (arrigite qvæso aures Philobotani Medicinæ Candidati) *nostros etiam* (intelligo per eos Europæos) *saltus minimè hac fronde carere.* Qvæ inferius mox mihi excutienda accuratius veniunt. Noto interim ex Oleario l. c. p. 600. Maffeum de rebus Indicis testari Japonios ex *herba quadam* expressum liqvorem nomine *Chia* admodum salutarem haurire; *Linschotanum* de Insula Japonia ex herba qvadam Chaa sibi potum parare. Atqve hi Authores neqve fruticis neqve frondium meminerunt, sed uno ore Theé herbam esse asserunt. *Jacobus Bontius* in Indiis orientalibus, civitatis Bataviæ novæ in insula Java Medicus ordinarius de Medic. Indor. lib. 2. de conserv. valetud. Dialog. VI. p. m. 97. dicit. *Herbulam unde Theé conficitur bellidis seu cōsolidæ minoris folia referre cum parvis in ambitu incisuris.* Qvem sane miror, cum seqventi capite pag. 100. referat, homines istic in cæteris rebus Idiotas, tam exactam herbarum ac stirpium nancisci scientiam, ut si vel doctissimus Pavius nostri ævi Botanicorum
D princeps è mortuis resurgens huc veniret, miraretur se ab his hominibus barbaris doceri posse, qvod spreta illorum informatione adeò perfunctoricè ac fecit descripserit nobis Europæis Theé, cæteris seu Historiographis cum id vitio non dari, ipsi verò commētanti in Indicas plantas possit. Gratiæ tamen illi agendæ, qvod ex parte delineet ac pingvi Minerva depingat Theé, qvod pro herba aut πόᾳ habere occiperem propemodum, qvippe illius folia cum bellidis perpuisillæ herbæ comparat, *parvis in ambitu incisuris* qvas Tulpius etiam ei tribuit. Observatu dignum Tulpium, Trigautium ac Bontium aliosqve authores ad unum omnes unanimiter in eo convenire, qvod decoctum Theé subamarum aut non ingrati amari saporis sit. Subsidium ergo mihi submittatur: causa qvam ago postulat. qvô mihi venit *Reverendus Pater Alexander de Rhodes de la compagnie de Jesus,* in suo tractatulo cui titulus: *Sommaire des divers voyages & Missions Apostoliqves Du R. P. Alexandre de Rhodes de la compagnie de Jesus à la Chine & autres Royaumes de l' Orient, avec son retour de la Chine, à Rome; De puis l' anneé* 1618. *jusques à l' Anneé* 1653. *à Paris, Chez*

Floren-

Florentin Lambert, rué saint Jaques devant S. Yver à l'image saint Paul M. DCLIII. Privilege du Roy, loco pag. 25. qvem locum ut Philobotani ac Medicinæ Candidati nondum Gallicè aut Italicè docti, accurate intelligerent, S. R. M. Daniæ ac Norvvagiæ Regis ac Dni. Dni. mei clementissimi Secretarius ab epistolis Latinis *Monsieur Thierri Günther Friederici F.* Gallicam adeo accurate callens lingvam, ut vernacula illi videri qveat, ita in Latinum transtulit; sunt ergo tam periti Gallicæ lingvæ interpretis hæc ipsissima verba: Ex rebus hujus regionis raritate nobilibus est Tay, cujus usum universo Orienti communem, etiam Europæ innotescere videmus, estqve sane inter res maxime salubres qvas ego qvidem in hac regione conspexerim, merito numeranda, *& haud scio an ex præcipuis causis firmæ quâ hic populus utitur valetudinis, ultimæq; ad quam ut plurimum pervenit senectutis. Folium id est magnitudine folia nostra malipunicæ æquans arbuscularum myrto simillimarum.* Nec in universo orbe præterqvam in duabus Chinæ provinciis, Nanqvin videlicet & Chim, Cheau, reperitur, *quarum incolæ horum foliorum messibus perinde ac nostri* (intellige Europæos) *vindemiis suis occupantur.* collectam siccant in furnis, asservantqve in vasis diligenter obturatis. Freqvens ejus in universa China, Japonia, Tunqvino, aliisqve Regnis usus est, *tantusq; proventus, ut exiguo pretio veneat*; qvapropter & sæpius in die, vel ut verius dicam singulis horis eâ utuntur in hunc modum: *folia in ferventem aquam conjiciunt, quam eo ipso tempore ab igne retrahunt*, mox in imum desidentibus foliis, quod intra horæ qvadrantem fieri consvevit, hauriunt hanc aquam, quam possunt calidissimam, ejusque tres experiuntur admirandas virtutes, qvarum prima est, qvod *caput levet, reprimatq; vapores*; Ego qvando hemicrania vel alio qvodam capitis malo infestarer, potu hujus aqvæ ita omni dolore liberabar, ac si detractum manu morbum mihi aliqvis ademisset; Cogebar sæpius audiendis confessionibus noctē integram vigilare, utebar eodem remedio, qvo adhibito non modo per totam noctem somno non premebar, sed & die seqventi, perinde ac si omnino non vigilassem, nihil sentiebam molestiæ, volui aliqvando hujus rei per sex noctes continuas experimentum facere, sed ut verum fatear, lassum oppido me factum sensi. *Secunda hujus aquæ aut decocti*

D 2 *virtus*

C *virtus est*, ventriculum corroborare; *Tertia* renes calculo & arenulis expurgare &c. Hactenus Alexander de Rhodes. Subsidio etiam mihi venit *Bernhardus Varenius Med. D. in descriptione Regni Japoniæ cap. 23. p. 161.* his suis ipsius verbis; ubi inquit; inprimis verò ipsi (Japonenses) non minus ac Chinenses delectantur haustibus aqvæ penè ferventis, insperso pulvere Tsiæ. *Herba est Tsia non tantum ipsa viridis coloris, sed quemlibet etiam liquorem eò imbuens colore, in certis; non omnibus crescit regionibus, ejus quædam præstantiora folia magno censentur pretio.* Divites hæc in urceis duarum Hollandicarum mensurarum vel qvatuor asservant, in singulis nimirum *unum vel alterum optimæ speciei parvum vasciculum injiciunt*, & deinde accurate orificium claudunt ad aëris ingressum prohibendum. Teruntur illa folia in pulverem &c. & paucis intermissis saluberrimum hoc potionis genus, & gustu svave esse dicitur, *imprimis pro delendis crapulæ præcedentis diei molestiis & omnibus pituitosis affectibus*, & vulgus proverbio dicere solet de divitibus: *Illene sanus non fit? bibit de optima Tsia &c.* Paulo superius clarissimi Olearij qvidem memini ac retuli ex eo,
D ipsum amandare lectorem suum, cognitionis herbæ Theé avidum ad alios authores; verùm qvæ ipse de Theé in Persico itinerario commentatus est, his illius verbis loco citatò pag. 599. accipite. Es ist eben / (nemblich im 6. Capittel pag. 558.) dieses Buchs gedacht worden / daß zu Isphahan am Maydan unter anderen Krügen auch einer sey / welchen sie Tzai, Chattai, Chane heissen / im selbigen / wie auch an andern Oertern trincken sie (nemblich die Perser) ein heiß schwartz Wasser welches gekocht wird auß einem Kraut / so die Usbekischen Tartaren / von Chattai in Persien bringen. Es hat länglicht spitze Blätter / etwa ein Zoll lang und einen halben breit / siehet wann es gedürret schwartzlich / rollet und krummet sich als Würme zusammen / es ist aber eben das / was die Gineser Theé / die Japaner und Indianer Chia und Cha nennen / dann bey diesen Nationen diß Kraut in hohen Werth gehalten wird / die Perser kochen es mit klahren Wasser / Aniß oder Fenchel / etliche thun auch wenig Negelken darzu / und versüssen es mit Zucker / hat eine constringierende oder zusammenziehende Arth. Es wird diesem Wasser von den Persern / Chinesern / Japonern und Indianern eine fürtreffliche Krafft und Wirckung zugeschrieben: Es soll dem Magen / Lung / und Leber / dem Geblüte / ja allen visceribus deß Menschen heylsam seyn / selbige reinigen / stärcken und den Stein vertreiben / das Hauptwehe und alle übrige Feuchtigkeiten / wordurch der Mensch träg und schläffrig wird benehmen. Einer der diß Was-

ser

ser fleissig gebraucht/soll etliche Nacht munter und wachtsam ohne beschwerung deß Schlaffs sitzen/und Kopff-Arbeit mit lust verrichten können. Wenn es mässig genossen wird/soll es den Menschen nicht allein allezeit bey guter Gesundheit erhalten/sondern auch zu einen hohen Alter bringen. Es ist dieses Kraut Theé nunmehr auch in Holland wohlbekandt/und bringen es die Ost-Indien-Fahrers mit herauß/man kan es zu Ambsterdam habhafft werden / wiewol noch nicht in grosser Menge / weilen wie ich bin berichtet worden / die Frantzosen es sehr an sich kauffen. Hactenus Clarissimus Olearius. Qui cum Uzbeekorum Tartarorum meminit, liceat mihi qvædam ab instituto meo non aliena, ex *Johann. de Laët description. Persiæ Cap.* 1. *p.* 115. *petita,* hic intercalare, progressuro actutum ad alia, ut sermoni de Theé finis aut modus sit; cujus hæc sunt; *Uzbeek,* (inqvit Teixera) *amplissima provincia quæ licet superioribus seculis Persiæ fuerit subjecta, hodie non tantum ab ea separata est, sed & Persis bellum infert, & nonnullam partem Persiæ decerpsit.* Sed juvat qvoque nonnulla accersere ex popularis mei *Nobilissimi Viri Johannis Alberti von Mandelslo Megapolitani* itinerario Indiæ Orientalis, cujus immaturam mortem tanto fero familiarius, qvanto illius Parens *Vir Nobilissimus Dominus Ernestus à Mandelslo* cum meo Parente *Henrico Paulli* olim vixit conjunctius, atqve adeo prærepta nobis occasio sit, ut ob viventem post funera virtutem, parentum utrinqve suscitare pectoribus in nostris consveti parentũ amoris igniculi non potuerint. Sed ad rem. Is verò postqvam summam humanitatem & benevolentiam imparem Præfecti Britannorum, qva ipsum Suratæ in Indiâ advenam excepit & complexus est, memorasset, de herba Theé libri citati Cap. XI. p. 42. memoratu digna hæc memoriæ consecravit. Sonst gebrauchten wir bey unseren täglichen Zusammenkunfft deß Abends viel von dem schwartzen Wasser / so auß dem Kraut Theé gekocht wird/dieses Theé Wasser trincken ist in Indien gar gemein/und wird nicht allein von den Indianern / sondern auch von den Engelländern und Holländern sehr beliebet und genützet/soll allen faulen Schleim außführen/den Magen wärmen/und die Däwung befördern/wir truncken dasselbe täglich dreymahl/nemblich deß Morgens frühe/nach der Mittags-Mahlzeit/und auff den Abend/die Perser trincken auch ein schwartz Wasser Cahvvé genandt/ist diesem an der Farbe gleich/müssen beyde gar heiß getruncken werden/haben aber wiederwertige Wirckungen/dann das Kahvvé soll sehr kühlen/und daher die Natur unfruchtbahr machen/deßwegen es auch die geilen Perser gerne gebrauchen; dieses Theé aber

C soll den Magen / und die innerlichen Glieder mässig wärmen und stärcken: Und halte ich gäntzlich dafür / daß vom Gebrauch dieses Theé, weil es eine zusammenziehende Krafft hat / meine Leibesbeschwerung sich änderte / und der Bauchschluß auffhörete. Hactenus *Nobilissimus Dominus Johannes Albertus à Mandeslo.* Opportunè hic loci recordor Dn. TVLPIVM ex relatione eorum qvi cum summo imperio Indiæ Orientalis provinciis præfuerunt, ea posteritati tradidisse, qvæ cum ipso de herba Theé communicarunt; Qvem merito inpræsens imitor, in fidem & testimonium ea qvoqve producens, qvæ *Nostras & Patria Danus* Wilhelm Leil / per literas hoc officium à me rogatus post suum ex India orientali reditum hic Hafniæ mecum communicavit, cujus hæc sunt: Weitern Bericht von dem Kraut Cha oder Theé; Wilhelm Leil / gewesener Gubernator und Commendant in Ost-India / wegen Ihre Königl. Majst. zu Dännemarck / Norwegen etc. auff dero Festung Danißburgk / und was daran dependiret, und sonsten in vielen Jahren höchstgedachter Königl. Majestät Diensten in gedachten Ost India in vielen Oehrtern / so wol in Terra firma als in den Insulen / (aber nicht in China, weil keine frembde Nation da kommen möchte) freqventieret, berichtet wie er von den Chinesern auff

D der Insul Java major, item Macascar, in Celebes, und andern Oehrtern informiret / das gedachtes Cha oder Theé in China uñ Cathaya wachse; das beste aber auß Cathaya komme / welches Land den Tartarn gehöret / und wird selbiges Kraut genandt in der Chinesischer / Japonischer / Tartarischer / Persischer / Arabischer / Türckischer und Hindustanischer Sprache / und allen den Ländern Chà, wornebenst zuwissen / daß das Ch- eben also wie es von den Spaniern und Engeländern pronuncieret; in der Persischen / Arabischen und Türckischen aber es mit ihren Buchstaben also چ geschrieben werde. Aber von etlichen Chinesern die an das Meer gelegen / wird es genandt Thè. Es wird jährlich unglaubliches Geld an selbiges Kraut in obgedachten Ländern consumieret, dessen Krafft und Wirckung ist: Daß es den Magen conservire, uñ mache gute digestion, erwarmet die Glieder / trucknet alle böse Feuchtigkeiten / treibet dieselbe auch durch die Urin / und sonsten forthin weg / hindert und benimt den calculum, vertreibet den Stein und graveel, und alle Podagrische Flüsse / also daß ich selbsten in so vielen Jahren ich allda gewohnet / durch dessen Gebrauch nechst Göttlichen Segen / keine Plage von den podagrischen humören gehabt / wormit ich itziger Zeit / und so bald ich wider in Europam gekommen / nicht wenig belästiget werde. Und wissen die Chineser in China, daß auch notabel von keinem calculo zu sagen: Summa das Thè erhält den Leib frisch und gesund: Und wann jemand truncken ist / macht es bald hernach wieder nüchtern; Item wofern man begehret in

der

der Nacht oder sonsten wachend zu seyn / so gebrauche man seiner. Es erhält alsdann einen lange weile wachend; oder vigilant und lustig zu seiner Verrichtunge. A Man gebraucht aber nur das Wasser davon / und zwar so warm getruncken / als müglich ist/jedesmahl einen Pegel biß anderthalb weniger oder mehr/nach deme einen jeden gelüstet; deß Morgens nüchtern mit ein wenig eingemachter confectur von Ingfär, oder sonsten deß Mittags nach der Mahlzeit / auch wol zwischen der Mahlzeit/Item deß Abends nach der Mahlzeit/ oder sonsten wie es einem geliebet / weil es keinen Schaden thut/ob man es schon viel gebrauchet/ dessen decoctum muß also geschehen: In einem Topff genommen einen halben Pott gut Wasser / dasselbe gekocht/und alsdann einen Löffel voll von selbigen Kraut darinn gethan / den Topff wol zugedecket/und lassen dasselbe eine viertel Stunde stehen/ und immittelst etliche mahl umbgeschüttelt; hernach das Wasser allein getruncken/ und wer es wegen deß bitteren Geschmackes so nicht trincken kan/der thue darbey Zuckercandiß/wann er es auß dem Becher trincken will; aber es wircket besser ausserhalb deß Zuckers / und also kan selbiges Kraut zweymahl im Wasser erwärmet/und mit Nutzen gebrauchet werden/gibt aber nicht mehr Kräffte / als zu zweymahlen von sich. Aber die Vornehmsten in China wie auch insonderheit die Japoni haben ihre besonderliche Kesseln darzu/kochen das Wasser absonderlich/und werffen das Kraut absonderlich in ander Geschirr / begiessen darinn selbiges Kraut mit dem heissen B Wasser/decken es wohl zu/und lassen es also ein viertel Stunde stehen/immittelst schütten sie es bißweilen umb / darnach trincken sie es/und gebrauchens täglich.

W. Leyl.

Jam porro mihi subsidij nihil reliqvi est, qvo indagare aut asseqvi valeam qvid sit Theé aut T'chia Chinensium: qvippe qvi instar Herculis Xenophontij in Bivio constituti, dubius sum alterutrum defendam; herbane seu πόα, an θαμνίσκιον seu pusillus sit frutex Theé, sed prius inqvirendū an, ut paulo ante innui, in Asia sola (non profiteor Geographica nomine Asiæ omnes regiones seu continentem, insulas, peninsulas Orientis, Tartariæ partem complectens, aut eas regiones, qvarum in prioribus facta est mentio) an etiam in Europa eadem germinet; aut si non: Qvænam Europæarum plantarum deinceps succidaneum (ut pharmacopæi loqvuntur) esse possit modo dictæ sive herbæ sive suffruticis Theé. Excutio ergo priorum authorum de Theè commentaria, qvo seu punctis

seu

C ſeu ſuffragiis illorum collectis, per majora ut Jcti loqvuntur, concludatur; herba ſit aut ſuffrutex Theé. Obteſtor autem hic Medicinæ Candidatos, ut non partium ſtudiis occupatis, ſed omninò defœcatis animis, nec niſi perlecto *Hipp. libro de aëre, aquis & locis* ad mea hæc legenda animum appellant, qvo gnari ſint, qvantum omnia hæc inter ſe conveniant, aut diſcrepent, ac eadem plus minusve in hac vel alia Regione valeant, aut varient, quæ compendifeciſſe *Celeberrimus Hoffmannus lib. 2. de medicament. officinalib. cap. 15. p. 469. §. 10.* de myrto verba faciens, his verbis videri poterit, cujus hæc ſunt: *non negligendus eſt locus natalis plantæ, ob quem vel lætior vel ſtrigoſior eſt, & conſequenter facultates non ſunt eædem*; qvod ego in Qvadripartito meo paſſim, præſertim verò in hiſtoria Betonicæ ac Gallij ſub finem; itemq; exemplo Cardui benedicti, Cochleariæ, Trifolij fibrini, Ari, Cæpæ, Cicutæ, Dracontij, Scillæ veluti ad oculum demonſtravi. Verum hæc qvid ſibi velint, nec dum capere poſſunt Medicinæ Candidati; ſed ſcitote ô mei, eo hæc collimare, ut ſeu defendam τὸ Theé eſſe herbam, vel eſſe ſuffruticem, credibile videri non D ſolum Orientalis Indiæ Regiones aut inſulas, quarum in prioribus ſeqvutus veſtigia laudatorum authorum feci mentionem, ut ſunt China, Japonia, Chian, Nanqvin, Cham, Chian ejus eſſe fertiles, ſed qvoqve ex ingenioſa conjectura *R.P. Nicolai Trigautij ſuſpicari nobis licere, fortaſſe noſtros etiam hac fronde ſaltus* (nempe Europæos) *minimè Theé carere*, in qvam ſententiam ideo facilis propendeo, qvod *Clariſſ. Olearius* retulerit, Uzbekenſes Tartaros (qvos diviſum imperium cum Perſis habere authoritate Clariſſimi Viri *Johannis de Laet* ſuperius demonſtratum eſt) Theé ex Cattajo in Perſiam importare; ſed qvoqve *S. R. M. Daniæ ac Norvvagiæ arcis Regiæ Danisburgicæ in Carmandel Præfectum Dn. VVilhelmum Leyl Noſtratem magnæ authoritatis & fidei plenum*, in ſuis literis ad me teſtari, ſe in Java majori, Macaſſar & Celebes ab inqvilinis doctum eſſe, qvod qvidem τὸ Cha ſive Thè in China & Cathajô creſcat; aſt optumum ex Cathajo Regione Tartaris parente exportari. Notum autem eſt, Tartariam ob poli elevationem in multis cum Europæis provinciis ſub eodem climate ſitis convenire, adeo, ut minime abſurdum videri debeat, complures arbores, frutices, herbas æqvè lætè in his ſeptentrioni

oni

oni ſubjectis Regionibus ſuccreſcere, quam in Tartaria, variâ facie, clivoſâ, ſaltuoſâ montanâ, campeſtri, aprica, irrigua. Sane cum *Tulpius* una cum *R. P. Nicolao Trigautio* defendat, videri Theé non longè cognitum fuiſſe Chinenſibus, nec admodum diu in uſu fuiſſe, ideo quod ipſis avita nomina, quibus hanc plantam deſignent, ſive hieroglyphici illi characteres deſint, quibus illius Naturam exprimant, utique ex *Olearij Itinerario Perſico & noſtratis VVilhelmi Leyl literis* magis magisque confirmor, Cha ſive Theé longè uberius in Cathajo, quam ipſa in China ſuccreſcere, qui docent, Cha Tartaricum eſſe vocabulum, & teſte W. Leyl, quosdam ſolum Chinenſium ad littus ſitorum occepiſſe τὸ Cha appellare Tè. Cum itaque Europæi ſive Chinam ipſam vel certe adjacentes ei inſulas longe frequentius frequentent, quam Tartariam, Chinenſes verò Cha Tartarorum ſua & vernacula lingva Theé appellent, hinc uſu venire arbitor, ut Tartariæ alias indigenæ, ſive herbæ ſive ſuffruticis foliola, ætate imperfecta & lacera, & quaſi dimidiata, rariſſimè integra, poſthabito Tartarico vocabulo, Chinenſibus familiari, Theé nempe Europæis vendantur. Notandum autem quod *Tulpius* referat, Japonenſium T'chiam longè pluris æſtimari, quam Chinenſium Theé; venireqve ipſius unam libram centum argenti libris id eſt, ut ego interpretor 40 Joachimicis ſeu quadraginta unciis argenteis: Trigautium verò aſſerere, longe viliori pretio, nempe libram unam, uno aureo, ſæpe duobus aut tribus; apud Japonenſes præſtantiſſimam decem aut ſæpe duodecim aureis venire; Contra R. P. *Alexandrum Rhodium* tradidiſſe, nuſpiam in univerſo orbe, præterquam in duabus Chinæ provinciis Nanquim & Chim Cheau reperiri, mox tamen addere ob uberrimum proventum exiguo venire pretio. Hæc quidem non cohærent, quæ alij conciliabunt, ac mea nondum refert vili an magno aut quanto pretio Theé veneat. Ego ſolum id ſtudui hactenus, ut demonſtrarem Cha Tchiam aut Theé Tartariæ indigenam eſſe ſive ſuffruticem ſive herbam; Quam cum ab Heroicis usque temporibus non notam fuiſſe Chinenſibus *Tulpius & Trigautius* oſtenderint; *Olearius verò & VVilhelm Leyl* teſtentur ex Tartaria in Perſiam æquè ac in Chinam importari; in eam devenio ſententiam, fortè ab irruptione admodum nupera Tartarorum, ſeu

E quam

C quam China 1644. sustinuit, occepisse eam inclarescere, ac ex Orientali India in Europam transportari primulùm: aut quia ij authores, quorum mentionem fecit Olearius atque adeo ante hanc irruptionem testentur notum fuisse Theé Chinensium; Tartari verò non semel devastarint Chinam, defendi tamen posse videtur, usum Theé à Tartaris ptimum esse doctos, ut nos hodie eum à Chinensibus docemur, nullius ut puto in Tartaria pretij fruticis. Nam si tanto pretio, quanto *Tulpius* refert in China Theé veneat, vel etiam ejus unica libra ipsa in Japonia decem, sæpe etiam duodecim aureis si præstantius sit Theé venire soleat, qui Amstelrodami vel Hamburgi libra octo Joachimicis venundari possit non video: mercatorum cum proprium sit (in quarto modo) semper lucrum facere teste Mercurio Plautini Amphitruonis. Cum itaque longe lateque Tartariæ Regnum pateat, ac in quibusdam illius provinciis Theé Chinensium succrescat; verosimile videri arbitror, id etiam in ericetis aut fruticetis aut similibus incultis Europæis locis, ratione cœli solique cum climate Tartariæ congruentibus repertum iri. Jam ergo

D quæritur: Quid sit τὸ Theé herbane an suffrutex? præter illos authores, quos ex Itinerario Persico Olearii introduxi, affirmantes esse herbam; *Bontius, Varenius, Olearius, Johannes Albertus von Mandelslo, deniq; VVilhelm. Leyl,* quoque herbam id appellant; Ast Rever. Patres Jesuitæ *Trigautius & Alexander Rhodius* fruticem arbusculamve Theé esse pronuntiant. Si ergo majora vota primas obtinent, firmiter concludendum Theé esse herbam. Ast cum *pluris sit oculatus testis unus quam auriti decem,* ut illa ex Truculento Plauti huc accersam, ac modo dicti R. Patres ipsi Indiam orientalem peragrarint, quis non his duobus potius quam cæteris omnibus (pace & sine illorum ingratiis illa & præfiscine dixerim) fidem haberet; cæteri ad unum omnes (quorum authoritati ne quidem tantillulum, quantulum ramentum plumæ pendet detractum velim) inter Botanicos nomina non profitentes sua, tuto delitescere, veluti sub umbone vocabulorum improprio significatu, & omnis erroris absolvi possunt; quæ sæpiculè confundi apud botanographos superius in historia Tabaci demonstratum est. Proin consarcinanda omnia illa utrinque sunt ex relatione priorum authorum petita, quo post habitis:

tis Logicorum tricis Academicis, Botanicis, ſolemni more, quaſi quædam ſive definitio, ſive deſcriptio compingatur, & quidem primò Herbæ Theé ſuffruticis; Nemo mihi qvod vitio vortet. Nam cum Geographi de nova Zembla, & Auſtrali terra incognita qvædam commententur, qvamvis eas regiones ipſi nunqvam oculis uſurparunt, cur mihi, etiamſi in Aſiam nunqvam delatus ſim, non liceret quoque delineare ex parte Aſiaticæ ſive herbæ ſive ſuffruticis folia, Theé dicta in Muſæo meo, qvo prohibeam deinceps, ne ob abuſum Theé, qvæ magna copia in Europam importari, & in officinis paſſim venundari occipit, univerſa iterum Europa orbis Regina, ſimili peſtilenti ſidere hoc ſeculo ex Oriente affletur, qvam Patrum noſtrorum memoria ex America ſuſtinuit, atqve utinam ſuſtinuiſſet, ſed adhuc ſuſtinet, modoqve eam non affligeret: id eſt ut verbulo me expediam, Corrupit America priſcos noſtros Europæos mores & diætam, olido Tabaco: Jam Aſia ſuum Theé qvidem Chinenſibus ſaluberrimum mittit medicamentum, attamen obtrudit id nobis ignaris, qvid ſit τὸ Theé. Qvod ita ceu herbam mox ceu ſuffruticem deſcribere auſim; Nempe *Theé eſt herba foliis oblongis, acuminatis ac in ambitu crenatis, unciam quaſi longis (quæ & pollex mechanicis dicitur) latis dimidiam, in China ex nigro viridibus, ſapore amaris, in Japonia natis, colore dilutiore ac gratiore ſapore; viridi colore quemlibet liquorem imbuentibus, quæ exiccata nigricant, ſeq; vermis in modum conglomerant; radice fibroſa ac in minimas particulas diſperſa.* Hui! videris ipſam Betonicam his verbis ceu penicillo depingere qvis dixerit? ſic eſt, non intercedo, imo Europæis potius perſvadendum, hanc uſurpare occipiant, ceu innumerarum virtutum notiſſimam herbam, qvam ut pergant eis omninò ignotum Theé Chinenſium, magnis ſumptibus redemptum decoqvere, & cum eâ ſua bona; cujus moderatus uſus, ut mirificè cerebrum ac nervoſum genus, inſigniter citra inſignem calorem reficit & exiccat: Ita immoderatus non poteſt non eſſe nobis Europæis non minus noxius qvam vini. Theé verò ceu ſuffrutex ita deſcribi poterit, nempe: *Theé eſt frutex quidam myrtiformis, aut myrto ſimillimus ex nigro viridibus foliis, magnitudine folia mali punicæ ſeu granatæ æquantibus, ſed parvis in ambitu inciſuris, in bellidis foliorum ambitu conſpicuis ſimilibus,*

C *quæ studiose verno tempore collecta in umbra vel etiam furnis exiccata in vasis aut urceis satis capacibus diligenter obturatis, aut accuratè illorum orificiis clausis ad aëris ingressum prohibendum in China servantur.* En jam Tibi fruticis Theé maximis sumptibus in China redempta foliola. Cæterum si mihi idem qvis, qvod Laberius *Mimus teste Macrob. septim. saturnal. c. 3. p. m.* 480. Cicerone ipsum ad confessum non recepturo, hic loci objiceret, nempe, me duabus sellis sedere, ac modo τὸ Theé in herbarum classem, modo suffruticum conjicere, is hoc responsum à me auferret, *me non quidem anguste sedere*, ut Cic. illi respondebat (nam inter Daniam & Cathajo Tartariæ provinciam satis ampla illi mecum est sessio, ut quasi in hemicycliis considentes sermones ultro citroqve super folia Theé possim⁹ cõferre) *sed neq; me esse fide lubrica* qvod tanto viro ac Consuli Romano Mimus ille objiciebat; ac me neqve in definitionibus istis duabus plusculum qvam concedit veritas, indulsisse rationi, ut cuilibet replicanti priora, ac utrasqve descriptiones concinnatas ex Virorum probatæ fidei relationibus inter se comparanti manifestissime constabit: D Nisi mihi idem objiciat: *Bontium* describere herbam haut fruticem; aut asseverare Theé esse herbam, atqve adeo me qvæ corrigere velim, ea depravare videri, qvod olim vitio Epicuro dabatur dogmata Democriti tractanti; Qvæ tamen parcius mihi objicienda meminerit; Qvi contra ipsi *Bontio* Botanico summo, non mihi imputabit; qvod brevi loqventiam colens obscurarit historiam Theé, folia illius ex parte crenata ad bellidis herbusculæ parvis in ambitu incisuris comparans; & cur non potius cum fruticis aut suffruticis alicujus foliis comparavit? Atqvi hactenus animj oculis satis superqve tecum contemplati sumus Theé, Medicinæ Candidati inqvient, qvi Pyrrhonium aut scepticæ sectæ me addictum clamabunt; ceu semper pergentem aliud ex alio cogitare, rem considerare, nec unquam decernere: *Quamvis propterea secta hæc* (ut incomparabilis *Johannis Vossi* sermonem usurpem) *non in totum damnanda: quando etsi multa certa sunt, longe tamen plura sunt incerta, quæ permista veris similitudine veri fallant, in cujusmodi utile est ἐπέχειν ac verum ruspari.* Cic. lib. 1. de Natur. Deorum: *Non sumus ij, quibus nihil verum esse videatur, sed ij, qui omnibus veris falsa quædam adjuncta esse dicamus, tanta si-*

ta ſimilitudine, ut in iis nulla inſit certa judicandi acaſſentiendi nota. vid. Voſſ. de ſectis philoſoph. cap. 20. *p.* 108. Nunc ergo omnibus duabus ratiocinationibus relictis, rem ſi vobis integrum decernam, Vos Didonis apud Maronem verbis invitans. A

Quare agite, ô tectis juvenes ſuccedite noſtris,

ut capeſſamus Dodonæum, ac ex eô conferamus deſcriptionem Betonicæ herbæ, itemqve chamelæagni fruticis, cum utrisque meis, qvas dedi, τῶ Theé Chinici deſcriptionibus Et poſthabito partium ſtudiô illorum attributa, & præſertim Chamelæagni, τῷ Theé Chinenſi accuratè, aut ad ungvem examinatæ, convenire arbitror, non curans me hæc defendentem multum qvis rideat, jam Dei gratia ſexageſimum ſecundum agitantem annum; cum me admodum adoleſcentem Epictetus docuerit in ſuo Enchiridio cap. 29. p. 17. nempe. *Sapientiæ ſtudium ſuſcipere cupis? ſtatim te para, quaſi futurum ſit ut deridearis, ut multi te ſubſannent: ut dicant Te ſubito philoſophum extitiſſe: ut rogent, unde ſupercilium iſtud. Tu autem ſupercilium ne habito, ea verò quæ optima tibi videbuntur, ſic teneto, quaſi à Deo ſis in ea ſtatione collocatus. Cæterum memento te ſi in eodem ſtatu permanſeris, iis tandem admirationi fore, qui te prius deriſerunt, ſin eis ſuccubueris dupliciter fore deridendum.* Sed Epicteto relicto, revertor ad Dodon. à quo Betonica quoad folia & radices his verbis pemptad. 1. lib. 2. c. 20. p. m. 30. deſcribitur. *Betonica foliis exit oblongis, latis, virentibus, aliquantulum aſperis per ambitum ſerræ modo inciſis quercus cujusdam ſimilibus, ſed tamen minoribus &c.* Si autem priorum recordaris, noſti ex *Tulpio* Folia Theé eſſe oblonga, acuminata & in ambitu ſerrata, eadem ex *Oleario* pollicem quaſi eſſe longa, lata dimidium; iterum ex *Tulpio* eadem eſſe in China ex nigro viridia, in Japonia vero colore dilutiore, videnut ſecundum hanc deſcriptionem Theé Betonicæ ſit ſimilis. Idem *Dodon.* ſtirp. Hiſtor. pemptad. 6. lib. 2. c. 20 p. 780. *Chamaleagnum ita depingit. Chamæleagnus humilis & exiguus eſt frutex, cubiti altitudinem raro attingens: ramulos promit nonnullos; foliola circa hos latiuſcula, oblonga myrti foliis haud multum diſſimilia, ſed duriora, & ſubinde longiora &c. Totus frutex cum gravitate quadam odoratus eſt, præſertim ſemen & ejus oleoſa pingvetudo gaudet locis incultis & ericaſtris, aliquantu-* B

C *lum aquoſis & paluſtribus.* Quæ ad florem ſpectant ſciens volensqve hic loci prætereo. Nihil enim de floribus ſeu ſemine Cha ſeu Theé in commentariis eorum authorum qvos replicui, hiſtoriam Theé ut convenienter pertractarem, relatum comperi; nec etiamſi accuratè luſtraverim omne Theé qvod in arculis Fleiſcherianæ officinæ aliqvando Hamburgo advectum ſervabatur, ne qvidem foliolum unicum floris, ſtamen, apicem, vel deniqve calycem; neqve julum, neqve ſemen, aliſ ſeminis ſiliqvas, neqve bacculas, aut qvicqvid his ſingulis vel omnibus analogon reperi præter unum itemqve alterum præſegmen albicantis caricis aut arundinacei graminis, unde inferre licet Chinenſium Theé, æquè ericeta aqvoſa & paluſtria amare loca ac noſtratem Chamæleagnum. Jam conferatur hæc Dodonæi Chamæleagni deſcriptio, (nam cur Theé qvoq; cum Betonica compararim, inferius pateſcet cum mea adumbrata fruticis Theé figura; qvam R. R. P. P. *Trigautio, Alexandro Rhodio*, & clariſſ. Viro *Bontio* fœneror. Et nonne prior patrum *folia Theé ex frondibus fruticis cujusdam carpta aut lecta* inſervire Sinis Japonibusqve ac finitimis gentibus ait, ut *celebrem illam potionem, quam Cia vo-*
D *cant, ſibi ex eis decoquant?* Nonne poſterior Theé folium eſſe fatetur arbuſcularum myrto ſimillimarum, mali punicæ folia æquans? qvæ ſtudioſe crenata depingo, licet *Dodonæus* in deſctiptione Chamæleagni, neqve ipſi modo laudati R. R. P. P. Jeſuitæ ne vel literula crenarum in fruticis Theé foliis conſpicuarum meminerint, qvæ *Olearius* circiter *pollicem longa, dimidium lata.* Etwa einen Zoll lang und einen halben breit *ſiccata nigricare.* (nigricant qvoqve chamæleagni folia ſiccata, & longitudine pollicem quaſi æqvant) *Tulpius* ex nigro viridia, oblonga, acuminata, & in ambitu crenata: *Bontius parvis in ambitu inciſuris inſtar bellidum deſcribit:* Cætera qvæ ad natale ſolum pertinent, à *Dodonæo* allata ipſus excute; & conferto cum mea deſcriptione, ac mecum accuratius perpende, anne probabilia tibi videantur illa, ad qvæ ſuperius digitum intendi, nempe in Tartaria qvoqve naſci chamæleagnum; mihi certe probabiliſſima (ut ita dicam) ea videntur, ac Cha Tartarorum ſeu Theé Chinenſium nihil eſſe aliud, qvam noſtratem vulgarem Chamæleagnum, ſeu myrtum Brabanticam Danicè Porß/in Germania inferiori

Poſt

Poſt in Belgio Gagel dictam. Quam cur crenatam depingam, hujus rei hanc rationem accipite. Qvod grandiuſcula Theé Chinenſis folia ex Oriente ad nos in officinas noſtrates allata, cocta, ac utcunqve explicata crenata appareant, ac noſtratis Chamæleagni complura folia licet non omnia crenata ſint: æqvè ac non omnia Theé folia, ſed ſolum inter ea majora crenata legantur. Interim oggeris *Dodonæum* velle, qvod Chamæleagni folia *myrti haud multum ſunt diſsimilia.* Myrtum autem veram non eſſe crenatis foliis. Sic eſt; & catè me mones, ſed horum non immemorem. Tu qvoqve recorderis obteſtor te, qvisqvis es, Botanicorum Roſcium ac Homerum celebratiſſimum *Caſparum Bauhinum* deſiderare qvædam in figura chamæleagni latinæ editionis Dodonæi, adeoq; figuram Belgicæ editionis huic præferre; me verò reqvirere ejusdem ſtudium tam in figura Chamæleagni, qvam in illius deſcriptione, nempe qvod neqve verbulo crenarum, neq; luſus Naturæ (qvod palmarium in hac cauſa, in Chamæleagni foliis meminerit, neque qvod ea modo & potiſſimum in apicibus crenata, præſertim ſi nondum ad ſtatam ætatem ac juſtam magnitudinem pervenerunt proferat. Sed ſimilis luſus qvibusdam plantis non omnibus familiaris eſt. Exempla deſideras Philalethes? En tibi malvam folio variantem Bauhini, in qva ne unicum qvidem folium alteri ſimile in uno eodemqve individuo; ſic cannabila Indica *Bodæi à Stapelen*, ſive Eupatorium Canadenſe foliis Enulæ *Jacobi Cornuti*; ſic Lyſimachia lutea major minorqve, ac Pſeudolyſimachia mirè in foliorum formis ac numero eorum ludunt; & qvem fugit, ut admirabilis Peruvianæ flos in Nobiliſſimo Europæo hoc Daniæ Regno, admirando Naturæ artificio plus minusve pingatur aut variet; qvam in Americano Peru. Nec tamen qvis aſſeret, ſpecie eam differre ab Americana; quippe ſolum numero inter ſe differunt. Et nos, cum vel his in Europæ provinciis ac Regnis oppido ludat in foliis Chamæleagnus; omnia noſtratis chamæleagni folia ad ungvem examinata, aut lynceis oculis ad Tartaricum aut Chinenſe Theé, vel illud contra ad Chamæleagnum comparata, luſtraveris, ſi forſan tantillum, & ſolum ſecundum magis & minus in magnitudine, colore ac crenis varient, illicò non eundem ſpecie ſuffruticem, cum Aſiaticâ Chamæleagno ſeu Chiâ ut Sinenſi Theé dicemus? Tu urges ac inſtas; illa non ex meo ſolius cerebro deprompta hic congeram.

C geram, ſed ut authoritate Botanographorum, qvod ita ludat noſtras Chamæleagnus probem. Probabo id & qvidem ex modo laudato *Bauhino*, ſed doleo, qvod neqve in noviſſima *Tabernamontani* editione, neqve in *Ebrodunenſi herbario* hujus Chamæleagni ut deceret, habita ſit ratio, & exuberantius tibi poſſem ſatisfacere. Sed Bauhinus nobis ſit inſtar omnium, qvi in Pinace XL. annorum magni ac indefeſſi ſtudij ac judicij acris opere Lib. XI. ſect. IV. p. 415. in Chamæleagno hæc obſervavit: *Rhus Myrtifolia Belgica* (ſeu Chamæleagnus) *variat foliis aliquando latioribus, aliquando anguſtioribus; aliquando foliorum arbuti inſtar crenatis, ut Roſtochio nomine Roſmarini Septentrionalium, ſeu myrti noſtratis à Doctore Backmeiſtero accepimus.* Hactenus Bauhin⁹. Hujus Chamæleagni Megapolitanæ ſurculũ anno 1622. in ericetis Roſtochienſibus (in der Roſtocker Heyde) mea ipſius manu verno tempore, aut certe nondum ſe in florem induentis defractum ramulum, cum in botanotheca mea mihi ſervẽ illiusq; foliola ſeu teneritudinẽ ſeu magnitudinẽ ſeu colorem, ſeu crenas ſpectes, omnimodè Theé Chinenſis foliolis ſimilia ſunt, proin Megapo-

D litanæ Chamæleagni unicum tenerum & venum foliolum itemqve aliud & æſtivum, ſeu durius & numeris omnibus abſolutum ex officina Dni. *Chriſtophori Herfordij* petitum, qvibus par foliorum in China natorum junxi qvò candidus Lector veritatem cauſæ cognoſceret, qvam fieri potuit accuratiſſimè æri incidendum curavi, cuj⁹ figuram reperies in eadem tabula depictam, qvæ Cochlearias Amagrienſes continet, vid. ergo hiſtoriam Cochleariæ Nõ. VI. Nõ. VII. Nõ. VIII. Nõ. IX. Nõ. X. in Qvadripartito meo Botanico ſecundæ editionis. Sed ultimo prodit Argus Philalethes practicæ Medicinæ deditus, multis dubiis onuſtus, inqviens, forſan ita ſe res habet, ut ampliter demonſtraſti, nempe Theé Chinenſe diſcrepare ideo à noſtrati Theé ſeu Chamæleagno, aut Myrto Brabantica; qvod illius folia primo vere, & qvod mirandum in Nanqvin & Chim Cheau tanta hominum freqventia aut ſtudio legantur teſte *Rev. Patre Alexandro Rhodio*, qvanto Europæi in vindemiis ſuis occupantur, quæ ſtudiosè vel in umbra vel in furno ſiccata, ita conglomerantur, potius ut oculos aut gemmas fruticum arborumve exiccatas, qvam folium repræſentent. Noſtratis contra Chamæleagni ramulos vel media vel ſera æ-

ſtate

ſtate ſuſpendi in officinis una cum foliolis,vel neglectos jacere ac exiccari nulla arte, floribus, ſeminibus, qvod maximo obſervandum opere, veluti fœtos cum cernas. Sic eſt,hæc qvoqve mens mea,& ſic animum induco meum, nempe qvod ob has circumſtantias magnum intercedat diſcrimen inter recenſita folia. Atqve noſti Ictis arbitris, lenem circumſtantiam variare totum caſum, & tamen qvis decerneret nullum inter Chinenſis Chamæleagni & noſtratis Europææ diſcrimen virium aut qvalitatum adverti? Idem Argus porrò qværit, an expediat noſtris Europæis loco Theé Chinenſis noſtratem myrtum Brabanticam aut Chamæleagnum commendare. Maximè expedit. Atqve ferit caput, inqvies, ferit & caput Betonica, & hilaritatem aut potius agilitatem cerebro & membris conciliat. Ob qvam ſpecificam facultatem tantopere Theé Chinenſium expetitur à publicis Perſonis Reipublicæ cauſa ablegatis, qvo ſuppares ſint expediundis negotiis jungentes intempeſtas noctes ſolidis diebus; qvibus (ſed id jocularium, nec indementius id dictum, aut ob hoc ringi qvenqvam eorum velim) *Plato lib.* 3. *de Republ.p.* 433. *D.* itemqve publicis Medicis ſolis indulget, ut mentiantur, inqviens: *Revera Diis inutile eſt mendacium, hominibus autem pro medicamento eſt utile, quare publicis Medicis concedendum, privatis autem hominibus minime attingendum. Patet igitur Rempublicam adminiſtrantibus præcipuè, ſi quibus aliis, mentiri convenit, vel hoſtium vel civium cauſa ad civitatis utilitatem.* Atque regeris; perhibent Danicum noſtrum Porß vel Megapolitanum Poſt vel Belgicum Gagel ſeu Chamæleagnum Dodon. cereviſiæ coqvendæ remiſtam, enormes ciere capitis dolores, unde infers, ſulphur illud capiti eſſe noxium. Heus tu, nonne noſti ex Seneca, *etiam optimarum rerum eſſe quandam intemperantiam* & nōne oppido tibi caput dolet abuſu vini Rubi Idæi, vel in qvod pimpinellam ſangvis orbam maceraveris, qvæ oomnia nolo hic repetere altius. vid. illorum hiſtorias loco proprio in meo Qvadripartito Botanico ſecundæ editionis. Sic ſi minimum Chamæleagni cereviſiæ coqvendæ remiſcueris ſemine gravidatæ, illa te dementabit, ſi tantillum condimenti inſtar reficiet non minus dubio procul tibi hic in Europa ſpiritus, qvam ſi in Aſia degeres ubi Theé audit; hic Hafniæ ſinapi vocatur Sennep in Belgio Muſtard: eſt tamen ſinapi & manet ſinapi ſeu eadem ſpecie herba. Inauditum ſed inſigne paradoxō dixe-

F

C ris. Scio. Tu verò pergito callidiſſimam Chinenſium nationem in omnibus imitari, nec tu minus hic in Europa obſerves velim, commodum Chamæleagni foliorum colligendi tempus, qvam in Aſia Chinenſes (noſti autem ex prioribus id vernum eſſe) & accurate ea in umbra aut furno ſicca, reconde in vaſcula capacia probè operculanda; poſt dein conſidera, qvæ ex *Hipp. libr. de aëre, aqua & locis* ſuperius citato doctus es, utiqve ingentem qvidem inter Aſiam & Europam cœli differentiam intercedere, diffiteri mecum non poteris, aſt me qvoqve probaſſe ex cœli poſitu Tartariam ac Daniæ Regnum & vicina loca non multum declinare à Tartarorum climate, qvi promi condi eſſe videntur ſui Tha qvod in China itemqve Perſia Theé audit. Hæc ſi contuleris inter ſe invicem, ſtudium porrò non reqvires meum ſcio, ac herbam mihi ſive preſſo ſive contorto pollice porriges. Concedo itaqve: porrò Argus noſter argutabitur, Chamæleagnum myrtumve noſtratem ſylveſtrem, ſeu noſtrate Porß/ ſeu Saxonicum Poſt ipſiſſimum eſſe Tha Tartarorum, & The Chinenſium Perſarumqve: Attamen per ipſum tuum Hip-
D pocratem per bonam conſeqventiam convinceris inqvit Argus Philalethes nunqvam tam præſtantem Chamæleagnum ſive hic in Dania ſive Germania aut univerſa Europa repertum aut obſervatum iri, qvam ſive in Tartaria ſive China: qvod forſan de China conceſſero, de Tartaria non item, ob rationes antea allatas & cœli clima; in qva dubio procul exiguo imo vel omnino nullo venit pretio, Tartaris Botanophagis ut ex eruditiſſimo *Joh. Antonij Magini commentario novarum Geographicarum Tabularum Venetiis Anno* 1596. *edito p. m.* 231. conſtat, cujus hæc ſunt: *Victus immundiſſimi ſunt ac ſordidi (Tartari) mappis enim non utuntur, non mantilibus niſi perpauci: bibunt aquam lac ac cereviſiam ex milio coctam. Vinum apud eos ut plurimum non naſcitur: advectum ſicut cæteri homines avidiſſimè bibunt usq; ad ebrietatem, quæ apud eos eſt gloria. Laudant acetoſum lac, quia ſtomachum eorum confortat, & medicinæ purgativæ vim habet. Herbis variis maximè autem iis quæ juxta Tanaim creſcunt, ſuaviter veſcuntur, & inter cæteras magnifaciunt herbam illam quam vocant BALTRACAN, quæ maximè eos nutrit, vigoremq; eis præſtat: cum igitur hac herba fructum producit (Anonymus in Dod. Author. part.* 2. *lib.* 20. *cap.* 12. *p,* 495.

p. 495. *de radice id affirmat non de fructu*) *libenter Tartari sua deserta & solitudines permeant, in quibus nihil pro victu invenitur. Nam si alium victum non habent, hæc sola herba ipsis sufficit, quam frequenter inveniunt ac super currus & equos eam deferunt.* Sed paſcantur herbis Tartari, non curo, ſuis: ego noſtratem myrtum ſeu Chamæleagnum ut cæpi, contemplabor accuratius. Conſtat aut palam eſt in Islandia noſtrati, cœlô rigidiſſimô, præſtantiſſimam totius Europæ Angelicam creſcere; itemq; Norvvagiæ nobiliſſimum Regnum, Islandico cœlo qvidem mitius, aſt hyeme valde inclemens, tamen, unde A

non dulces educat uvas

Gentianam optimam proferre qvidem tanta abundantia, ut qvotannis Rhopopolæ ex Germania & Belgio advenæ, illius (una cum aliis medicinalibus herbis, pyrolis, & ſimilibus) ingentem copiam ex Norvvagia exportent. Et noſtratem myrtum Danicam, aut Chamæleagnum nullius uſus aut pretii dicemus? viribus præſtantiſſimis, ut mox innoteſcet. Sed Chinenſium Theé aut Chamæleagnus, inqvit, Argus inclaruit, aut potius Tartarorum Cattay Regionis (de qva ſcio diſceptare inter ſe Geographos, qvorum ego litem meam non faciam, qvi de herbis in eâ naſcentibus, non de finibus his ſermonem hic inſtituo) aſt Europæa Chamæleagnus nondum. Conſeqventiam nullam video, qvî ita argumenteris; & qvod illa prior inclarescere cœpit, qvid hoc ad temperiem aut qvalitatem illius attinet? Sic noſtras Islandica Angelica, ſic Gentiana Norvvagica clarent, qvibus ſimiles ac bonitate noſtratibus minime cedentes ipſa Tartaria, aliæqve regiones, qvibus nobiſcum idem clima, dubio procul proferent, modo periclitari illarum vires incolis earum eſſet integrum. Si verò hic loci, ubi maximè ſeria tracto, Socraticum in morem, jocari mihi licitum, dico Theé Chinenſium idem accidere, qvod in proverbium apud nos Danos abiit (**Det er kommen for Orde som Kongs Hansker**) non qvod Koagienſes Chirotecæ præſtent Britannicis aut Italicis ambram, moſchum, ſtacten, caſiam redolentibus, ſed ideo clarent, qvia prius inclaruerunt, anteqvam ex Heſperia, Britannia & Italia ſuaviſſima ſvaveolentiâ & tenerrimâ alutâ ad nos perlatæ ſunt Chirothecæ. Tantum valet, ubi inſedit ac inveteravit in pectoribus aut venis aut medullis B

C dullis præconcepta opinio! vix ut furcâ expelli poſſit. Mera ergo eſt
opinio, noſtratem Chamæleagnum ſeu myrtum Danicam aut Cimbri-
cā præſtantia ac viribus cedere Tartariæ Tha vel Cha, Chinenſibus Theé
dictæ: aut eam omnino eſſe negligendam neu in officinas introducendā:
Aut niſi ipſa eſt ipſiſſimum Theé Chiniticum, ideo, qvia hactenus à
nemine mortalium (licet alias lupuli loco qvibusdam Europæis inſervi-
at) unqvam eum in modum decocta eſt, qvomodo Theé ſuum deco-
qvunt Chinenſes aut qvia obſcuri ac ignobilis huc usqve fuit uſus, dein-
ceps neqve eam Chiniticum in modum coqvi, vel ſurrogari Theé Chi-
nenſium vel poſſe vel debere. Ego non diffiteor, me deſcendere in
hanc ſententiam (à qvâ tamen perlubenter rationibus melioribus me
dimoveri patiar) commodiſſime myrtum noſtratem, ſeu noſtrum
Porß, aut Megapolitanum Poſt, Chinenſi Theé ſurrogari poſſe. Sic
Scordium Creticum omnium qvidem præſtantiſſimum creditur, Creta
qvod profert. Aſt diu Germania ac Dania deſierunt id ex Creta usqve
aut Venetiis petere, poſtqvam iis verum Scordium innotuit, cujus tanta
in Lalandia noſtra copia & abundantia, ut ejus veluti uberrimam meſ-
D ſem inſtituere poſſis, nec minor qvoqve Ari Aſiatico æqvivalens copia
in ea reperitur, ita ut Aſiaticum meritiſſimò præ noſtrati ſpernamus. Sic
ubi explorata & probata abſynthii noſtratis vulgaris & ruſtici vires aut
qvalitates ſunt, ac certum ſit id illi non cedere, qvod in Ponto Aſiæ ad
mare Euxinum naſcitur, neqve qvod Romæ unde Romanum dicitur, un-
qvam amplius id vel Roma vel ex Ponto petimus. Sufficiunt montes
(dexterrime de his judicans, Incomparabilis Hoffmannus inqvit *lib. 2.
de med. offic. p.* 101. *§. 5to.*) *Europæi qua maxime perflatiles ſunt. Nobis qui-
dem præbent agri noſtri. Ponticum autem ſeu Romanum hortus Medicus*
Aſt Theé vel Chiniticam Chamæleagnum Europæi ex Aſia petunt ta-
men, præ foribus illis qvæ creſcit in Europa! *Sapere quidem eſt*, teſte Co-
mico, *non quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt
proſpicere*; aſt deſipere eſt, domi ſuæ eſſe divitem, & foris ſtipem collige-
re, aut deſpicere patria, proſpicere exotica. Abundamus Chamælea-
gno Europæa & Chiniticam ſeu Theé à Chinenſibus emendicamus, &
magno pretio redimimus virib⁹ propemodum caſſum, uti infra demon-
ſtrabi-

ſtrabitur. Verum qvantopere tu commendes Chamæleagnum, velisqve id ipſiſſimum eſſe Cha Tartarorum vel Theé Chinenſium, me tamen inqvit Argus Philalethes in partes tuas non trahes: niſi tuam Danicam vel Germanicam Chamæleagnum, aut myrtum aut potius illius folia decoxeris, coxerisqve Theé, colaveris, ſapueris an inter ſe conveniant. Hic me argute, mi Arge, obtundere velle videris, tametſi intelligas qvid velim; qvaſi non conſtaret ex prioribus, me velle prius ſtato tempore myrtum noſtratem ſeu Chamæleagnum & colligendam, & ſecundum omnes circumſtantias, & ex præſcripto Chinenſium exactiſſimè eandem hic in Europa eſſe tractandam. Qvæ dudum periclitatus fuiſſem, niſi menſibus hybernis hæc commentarer: Condonabis ergo mihi & ſexagenario majori ob vitæ ſummam brevem, ſi potius hoc loco conſilium dem, qvam ut perfunctorie ac feſtinanter, ceu canis è Nilo bibere fertur, pertentem omnia; & qvam multa dubia obtruderet propterea Philalethes. Diffindendus dies eſt, ubi non liqvet Juriſperiti ajunt, & ego aliqvantisper ſolum hæc differri poſtulo: ipſus Horatius cum velit, qvæ qvisqvam ſcripſerit nonum usqve in annum eſſe premenda: hic cum periculum in mora ſit, qvippe cum agatur cauſa toti Europæ lucroſa; ne Aſia deinceps pecuniâ nos emungere pergat. Rogo itaqve, imo obteſtor omnes qvotqvot in Europa degunt ſive Medicos practicos ſive Pharmacopæos, non philargyros, ſolicitius, ſi Deo per miſericordiam ſuam placuerit, mihi defloccato jam ſeni, vitam prorogare ulterius meam, explorare data in rem eam oportunitate mecum ſtudeant, vera aut vero ſolum ſimilia poſteritati tradiderim. Norunt enim ex prioribus Ciceronem decreviſſe, omnibus veris falſa qvædam adjuncta eſſe; Atqve Philalethes inſtabit, ac multa qvidem movere, ſed parum promovere me dicet, meqve monſtrare ſolum aliis viam ceu Hermæ ſolent, qvam ipſi nunqvam ingrediuntur. Sic eſt: verum inpræſens Te ſalvere valereqve jubeo Arge, qvi poſt dein non indignabor, ſi perges ut cœpiſti ſuper herba Theé verba publicitus mecum commutare: mihi inpræſens cum Medicis practicis in arenam cum deſcendendum ſit. Inſtabunt ergo illi, ac me ſummæ temeritatis poſtulabunt, qvod Theé Chinitico noſtratem ſive Danicam ſive Germanicam ſylveſtrem ſeu Chamælea

C mæleagnum ſubſtituam, qvæ ut caput tentet vēl vulgo notum eſt. Sed pace illorum mihi porro liceat vagari latius, qvi non puto hoc in paſſu me errare, humanum qvod eſt, qvod neqve à me alienum in aliis puto. Notum autem ex prioribus eſt, Reverendos Patres Jeſuitarum teſtari folia eſſe fruticis myrti habitu; qvæ altius repetenda ſunt. Atqve nonne noſtrati Danicæ ac Germanicæ Chamæleagno folia perfectæ aut maturæ æſtatis ſeu æſtivæ; niſi qvod crenata ſint in apicibus, myrto usqve adeo ſunt ſimilia, qvam ovum ovo? Qvæ effectum ſi conſideras, qvoqve myrti foliis ſimilem edunt. Committenda ergo hic Theé Chinenſe; myrtus vera & ſylveſtris ſeu Chamæleagnus ſunr; ut inſtituta inter Theé Chinenſe & Myrtum veram ac Chamæleagnum ſeu noſtratem myrtum ſylveſtrem comparatione, de horum trium fruticum foliorum ſive viribus ſive facultatibus nobis conſtet accuratiſſimè. Vires autem ac facultates Theé ſunt teſtibus prioribus Authoribus & qvidem Tulpio, *Corpora reddere vegeta, atq; arcere calculi dolores, quibus nemo Chinenſium obnoxius eſt; tollere dolorem capitis, gravedinem, lippitudinem, deſtillationem, ſpiritus*
D *difficultatem, ventriculi imbecillitatem, inteſtinorum tormina, laſsitudinem ac ſomnum evidenter compeſcere; calfacere modicè & adſtringendo ventriculi oſculum, refrænare, coërcereq; vaporum in caput adſcenſum; cujus potionem calidam Trigautius revera ad multa ſalutarem eſſe putat.* Qvæ ut non nego, ita ut ipſi Chinenſes credunt & perhibent, nihil eſſe foliis Theé ad vitam in extremam ſenectutem prorogandam conducibilius aut ſalubrius, λογοί ſunt, & ad hyperbolen Rhetoricam pertinens locutio eſt; cui ſimilis illa, qvando ipſe Cicero in L. Calpurn. Piſonem p. m. 753. de reditu ſuo glorioſo ita differit; *mihi ipſa Roma prope ſedibus convulſa ad contemplandum conſervatorem ſuum procedere viſa eſt; quem ita accepit, ut etiam mœnia ipſa viderentur ac tecta urbis ac templa lætari*; Cum hæc Chinenſium felicitas aut μακροβιότης unice ſit accepta ferenda, ut cauſis ſecundis, Chinenſium cœli clementiæ, & longe tenuiori eorum victus rationi, propemodum ad Pythagoræorum accedenti (non loqvor de Tartaris humana facie beluis) qvæ apud nos Europæos longe plenior, ac proin morborum qvoqve feracior. Unde mecaſtor, incomparabilis noſter BARTHOLINVS amicorum ſummus, affinium honoratiſſimus, ſaluberri-

berrimum qvoqve omnibus nobis in Europa degentibus consilium sufficere in consilio suo Medico de Cometa præclaræ eruditionis sive ingenii sui singularis lusu, videtur, tenuem cum commendet diætam, plenam cum dissvadeat; Cujus hæc sunt. l. c. pag. 145. *Carnium esus parcior imperandus, inde enim putredines ingentes, & multorum malorum origo. Neq; enim ex masophagis, dicebat Diogenes apud Porphyrium de Abstin. l. 1. fures & milites, sed ex κρεωφάγοις sycophantæ. Hinc quadragesimale jejunium imperatur in concil. Laodicen. Canon. 50. cum ξηροφαγία seu pane, sale & aqua, ut ex Epiphanio explicat Christoph. Justellus. Parum igitur carnis, plusculum juris expedit.* Hinc tenuis nempe diæta, Asiaticos ad grandævam senectam provehit; nostra hæc seu plena nos Europæos gradu qvasi dejicit, contendentes ad illam captandam. Tantum cœlum & diæta ad vitam prorogandam, & potius vitam aut valetudines conservandas valent; non solum Theé vel etiam Chocolata; qvorum prius ex Orientali, posterius ex Occidentali India allatum, inclarescere occipit, de qvo Antonij Colmeri de Ledesma opusculum ex Hispanico in Latinum translatum *Marco Aurelio Severino interprete* legi potest; Meum est pergere hic loci in historia Theé: Qvod verò illud sit admirandarum virtutum (ut R.P. Alexander Rhodius docet) *quodq; caput levet reprimatq; vapores,* usqve adeo ut specificum in hemicrania videri possit, ceu qvi ipsus *cum eâ vel alio quodam capitis malo infestatus esset, à potu hujus aquæ ita omni dolore liberatus sit, ac si detractum manu morbum ipsi aliquis ademisset; Quodque somnum inhibeat, quodq; ventriculum corroboret, quodq; renes calculo & arenulis expurget; Quodq;* (ut Bernhardus Varenius loqvitur) *inprimis pro delendis crapulæ præcedentis diei molestiis & omnibus pituitosis affectibus sit saluberrimum;* Qvodqve (ut Olearius affirmat) constringendi & adstringendi facultate sit præditum; qvodq; ventriculo, pulmoni, hepati, sangvini imo omnibus visceribus humanis sit saluberrimum; eaqve extergeat, corroboret, calculum pellat; qvodqve dolores capitis omnesqve exuberantes humiditates, qvæ causantur homini pigritiem, & somnolentiam auferat: qvodqve popularis meus à *Mandelslo* referat, qvod Theé datam, (liceat mihi ita loqvi ipsius hic loci interpreti) illam aqvam non solum Indiani, sed qvoqve Belgæ plurimi faciant, & freqventer

C qventer usurpent, ceu educentem omnem pituitam, corroborantem ventriculum, & omnia viscera calfacientem ac corroborantem; Qvodqve ipsus sibi omninò persvadeat, qvod ab usu Theé, cujus aqvam cotidie tribus vicibus sorbuerit Surattæ, qvia constringendi facultate sit præditum Theé, corporis sui molestia ac Diarrhæ acessarit; Qvodqve nostras *VVilhelmus à Leyl* testetur, qvod ventriculum corroboret, ac concoctionem illius adjuvet, calfaciat membra, exiccet omnes excrementitios humores, expellat eos per urinam vel aliam viam; qvodqve præcaveat, ne qvis calculo neu podagrâ infestetur, ut in se ipso præside Castri Danisburgici in provincia Carmandel Indiæ Orientalis comperit; qvodqve redux in Europam podagrâ tortus sit; qvodqve ebrietatem abigat; qvodqve agiles ad tolerandos labores efficiat, somnumqve inhibeat, horum omnium nihil in dubium vocabo: Ast si iisdem viribus, imò insuper aliis egregiis, Myrtum esse præditam comprobavero, Theé cum videri myrti species qveat; imo sit: nonne cum myrtus nostras Danica & Germanica Chamælea-
D gnos aliàs dicta, ut ex prioribus constat, naturaliter qvidem ludens in foliis; simillima facie sit Theé, imo eam ipsissimum esse Theé arbitrer, deinceps concludere licet, congruere etiam inter se Theé Myrti ac Chamæleagni vires? Qvod mihi probandum incumbit in hoc meo ϖχασμῷ Botanico. Dum ergo excutio Hipp. ac illius authoritate indago, qvantum valeat in medendis ac expellendis morbis, myrtus; docet ille *de superfœtatione sect. 3. pag. m. 46. v. 40.* Ubi uteri osculum connivet (miror interim, cur rerum Chinensium Scriptores verbulo non meminerint an vel non Theé utriqve sexui prosit) dehiscere illum à suffitu, ad qvem adhibet inter alia *myrti folia viridia contusa*; cur viridia, non arida? illa sale & sulphure maxime volatilibus abundant, hæc minus, sed vehementer ob partes terrestres, & simul tantillum calidas, ut ex Gal. constat, exiccant, ob qvam illius crasin & partium diversitatem cum leviter ac vix calida sit, etiam frigidam myrtum appellat Gal. de qvo loqvendi Gal. modo memini alicubi in Qvadripartito meo me pluribus egisse. Hic ergo effectus, qvem nos Hipp. docet, tenuium esse partium myrtum, eamqve valenter siccare evincit. Idem *Hipp. lib. 1. de morb. mulier. sect. V.*

pag.

pag. m. 193. *versu sexto* inter alia corruptum fœtum ejicientia, *myrti baccas, juncum odoratum & lentes* in vino decoquit; ac paulo post *foliorum myrti acetabulum* in eundem finem commendat; vide iterum eundem *de Natur. muliebr sect. V. p.* 135. *v.* 35. ubi ad subdititium, & uterum aperiens medicamentum parandum *Myrti nigri fructum aquâ maceratum polentâ immissâ* bibendum exhibet. *Galenus* verò noster 7. *simpl.* 123. *p.* 128. aperte docet: *Myrtum plantam ex contrariis constare substantiis, vincere tamen in ea frigidum terrenum. Habere verò etiam tenue quoddam calidum, itaq; violenter desiccare. Porrò tum folia, tum germina, tum fructus tum succum, non parum inter se in adstrictione dissidere. Folia item arida viridibus plus desiccare &c. ac restringendi vim hæc omnia habere, tum foris imposita, tum intra sumpta in corpus &c.* Idem lib. 2. de aliment. facult. cap. 18. p. 68. Tom. 2. decernit, fructum myrti nutrire tenuiter, æque ac fructum Juniperi, facultatem tamen habere contrariam. *Quandoquidem valenter adstringit, & ob id ipsum alvum sistit; non tamen pro ratione adstrictionis frigidius facultate est* (hæc maximè consideranda & perpendenda sunt in excutienda herbæ Theé, Myrti ac chamæleagni temperie, ut mox constabit) *propterea quod astrictionem habet non solam, sed acrimoniâ etiam quadam admistam. Porro cibis omnibus, qui qualitatem medicamentosam habent vehementem, est commune, ut cum eam qualitatem* (velim iterum asterisco aut ungvi impresso notentur, aut ut cum Barbaris barbarizem Notabenentur hæc Gal. verba) *coctione aut assatione aut maceratione deposuerint, exiguum corpori dent alimentum, prius autem prorsus non nutrire. Id enim ipsum & cæpis & porris accidit.* Atqve hæc ex Gal. de myrto, Dioscorid. hæc sunt. lib. 1. cap. 156. mihi 160. ita scribentis. *Vis & myrti & seminis adstringit &c. Succus virentibus baccis expressus eosdem effectus exhibet, stomacho utilis, urinam cit, prodest contra phalangij morsum & scorpionis ictum in mero &c.* Sed penè omiseram quod ex eodem Dioscor. constet, myrtum duûm esse generum; Et Theé duûm generum in Europam quoque mittitur à Sinensibus. Verum abeo ad *Athenæi Deipnosophistarum lib. decim. quintum p. mihi* 675. *C.* ubi refert apud Græcos in Symposiis, *iis quorum caput meri potione tentaretur, opus remedio fuisse. Promptissimum id est ex florum fasciculis ac sertis*

C *præsertim Natura duce atq; magistra. Nam ut inquit Andreas, cum aliquem forte dolor capitis urgeret, ejus compressu levatus, vinculum intellexit esse doloris præsens auxilium.* (hoc experimentum proh! quantum lumen accipere ex non ita pridem invento Harvæano & sangvinis circulatione posset?) *Hac igitur medicina opitulantes, eorum qui nimium bibissent, caput revinciebant, hederacea præcipuè coronâ, quæ planta citra cultum ubivis copiosa provenit, facie alioqui non invenusta, corymbis & foliis virentibus frontem opacat; astrictionisq; vehementiam patitur, & postremo refrigerat citra odoris gravitatem. Ob hanc rationem coronam illam, vita (ὁ βίος) Baccho dedicasse videtur, qui & potum invenerit, & malis inde nascentibus succurrat. At jam inde voluptatibus illecti homines præter eam vim quâ ebrietatis incommodis medetur, & confert ejusmodi corona, oculorum quoq; & narium delectationem expetiverunt: ac tum myrteam coronam quæ adstringit, & vini exhalationes arcet, tum è rosis quæ & gravitatem capitis nonnihil sedat, & æstuantes potione refrigerat, usurparunt: lauream verò quæ calfacit, & gravem odorem spirat, compotationibus inutilem esse judicarunt, tum etiam violas, quæ odore caput feriunt, & quicquid gravare aut*

D *opplere alioqui posset, rejecerunt &c.* postea p. 675. C. Philonidis sententiæ his verbis subscribit, inquiens: *Verumq; id prorsus arbitror à Philonide proditum è myrto coronam meri vapores prohibere; è rosis autem refrigerare & gravitatem capitis lenire.* Noto ex Eruditiss. *Bodæi à Stapelen* Comment. lib. IV. Histor. Plantar. Theophr. p 376. ipsum ex Clement. Alexandr. observasse, *myrtum efficacem esse provocando risui, qui plerumq; est comes Veneris* additque: fingi myrtum adeo gratam fuisse Veneri, ut omnes qui Veneri celebrandæ operam impenderunt, redimiti fuerint myrtea corona. Idem p. 377. ex Athenæo probat, Lesbios myrti ramulis implexis se coronasse, qvos hypothymidas vocarunt, refertque *Nomen hoc accepisse, quod cerebrũ sua fragrantia quasi suffiant ac refocillent.* Insuper cui hæc nõdum sufficiant, aut qvi plura de myrti viribus cognoscere cupit, is adeat velim *histor. plantar. universal. Ebrodunensium herbariorum lib. V. c. 1. p.* 507. & perlegat usque *ad pag.* 517. in qua vel priora confirmantur, vel iis similia proponuntur. Restat ut nunc vires & qualitates nostratis myrti seu Porß aut Megapolitanæ Poſt aliàs quoque myrtus Brabantica &

Chamæ-

Chamæleagnus dictæ indagem ac scruter. De hujus quidem myrti viribus, quæ quoque Botanicorum Principi Bauhino Rhus myrtifolia Belgica appellatur, usque adeo multa, quam de vera & priori in commentariis veterum neu recentium authorum relata non sunt, attamen præstantissimarum esse virium inde constat, quod ipsus Plinius *lib.* 24. *Cap. XI. p. mihi* 1108. referat quod *Rhus ipsi herba dicta,* quæque interpretibus ac arbitris summis botanicis Clus. & Dodon. Chamæleagnos nostras est, *venena & tineas pellat,* insigni argumentô: eam sive viridem aut recentem, sive exsuccam aut siccam, singulari sale & sulphure utrisque volatilibus abundare; partim quod ejus acerrimus odor, at non ingratus, & sapor amarus; partim effectus quos edit comprobat. Vultis Viri experientissimi id authoritate aliorum comprobem? faxo: Præsto adest Dodon. qui loco superius citato cum de forma Chamæleagni agerem, perdocte de viribus aut qualitatibus illius hunc in modum differit: *hujus semina* (inquit) *impensè calida & sicca sunt, ad tertium usq; gradum accedunt. Folia quoq; calida & facultate sicca sunt, sed multo minus. Fructus cerebro molestus, cerevisiæ inter coquendum addictus (quod à plerisq; fit) admodum caput tentantem, & cito ebrietatem adferentem eam reddit. Totus frutex cum fructu aridus, vestimentis interpositus, à tineis & vermibus ea tuetur;* addo glires abigere vid. historiam Chamæleagni in Classe secunda mei Quadripartiti. Præterea ab Illustri Heroë Germano Barone, Holsato Patriâ, optime mihi cupiente ac favente studiis, bonâ & priscâ fide relatum est: Polonos doctos esse, usu Chamæleagni seu myrti nostratis enecare pediculos porcorum. Si enim suibus in haris substernas Chamæleagnum spatio aliquot horarum pediculi intermoriuntur omnes, nec lendes post dein animantur. Quin & in saltibus in quibus Chamæleagnus crescit, nunquam stabulantur, aut cubilia sua habent serpentes; imo ne quidem accedere ad eos, multo minus eos perreptare unquam visi sunt. quam singularem observationem fœneror sylvarum Regio præfecto, olim domestico meo ad secundum ab hâc urbe lapidem habitanti. Quis nunc negabit, Chamæleagnum præstantissimarum esse virium, hæc quæ præstare & alia adhuc potis est. Audiamus ergo quæ in eam herbarij Lugdunensis Author seu Celeberrimus Dalecham

C piuslib. 1. cap. 38. pag. 110. est commentatus: Rhus sylvestris Dodonæi & Plinij *Rhus altera videtur esse planta, quam alij myrtum vocant alij Pseudomyrsinen & myrtum Brabanticam German.* Gagel. *Humilis ea est, lignosa, dura, surculis multis, in quibus folia longiuscula, Buxi arboris foliis satis similia. Inter surculos ramuli exoriuntur, multas veluti spicas ferentes primum flosculis multis onustas, deinde seminibus multis congestis, angulosis pingvi qvodam liquore refertis, saporis foliorum, florum, fructus surculorum amarissimi, sed odoris jucundi. Rhotomagenses in quorum agro plurimus hic frutex nascitur, per saltus herbidos & uligine madentes vocant sua lingva,* Piment Royal, *quasi Melyssophyllum Regium. Rustici æstate surculos foliosos, & seminibus onustos, in manuales fasciculos collectos, vendunt; non ad alium usum, quam ut vestes odoris svavitate commendent, & à rodentium vermiculorum noxa custodiant. Sapor tamen egregiè amarus insignem habere vim siccandi & discutiendi monstrat, sed præsertim valere tam sumptum quam admotum ad lumbricos necandos & pellendos. Majo mense & Junio floret, Julio & Augusto fructum perficit.* Ex anonymo Auctariorum

D in Dodon. Authore noto hæc Belgico idiomate: Deesen Gagel heet oock *Gold* in t' engelsch nae de *goudgeele Bloemen, oft klamme geele solferachtige vettigheydt, die men tuschen de Saeden oft schelferen vindt, &c.* den Gagel vvordt van sommige voor goed gehouden in al' t ghene daer men den oprechten Myrtus toe ghebruyckt; doch t onrecht. *De Bloemen, ende ock de Klamme solferachtiche vettigheydt, die tusschen de schelfern der Saeden schy schuylt,* achten sommige veel teghen de uytteringhe, ende alle Gebreecken van de borst; Jae oock in' t goudt maecken. Andere ghebruicken dit heel ghevvas teghen't vergift. Sommige doen Gagel in't Bier, om de Hoppe te sparen, als ghesseydt is; maer anandere doen hem in den most, *segghende dat den VVyn daer door vvelrieckende vvordt, de maghe sterckt, ende de hersenen niet en beschadight.* Hactenus ille. Quæ ultima hujus anonymi verba proh! quam præclarè nostratis Chamæleagni vires præclaras describunt, quibus cum Theé Chinensi congruunt, præsertim cum ante docuerit, multo lento subluteoque rore, aut roscido sulphure eam scatere, despicatui hactenus habitam, quasi nullis aliis polleret viribus, quam ut rusticis nostratibus,

&

& Germanicis inserviat lupuli loco, quo ocyus eos inebriet, qui effectus exuperanti in Chamæleagno Sulphuri unicè acceptus est ferendus. Verum adverto me abripi ad chymica principia, ad quæ explicanda hic loci iterum non abibo, cum publica monumenta præclaræ eruditionis Virorum abunde testentur, me ipsis satisfecisse in digressione mea de febribus malignis, salis ac sulphuris præsertim volatilis, naturam, genium, indolem; & illorum effectus ex instituto excutientem: quo nomine, seu quod adeo benigne hoc meum studium interpretati sint, hoc loco publicitus ingenteis ago & habeo gratias; post dein mihi ipsi grator, quod huc usque, dum ab anno 1629. quædam in rem medicam commentatus sum, nec dum compererim, quenquam in dubium revocasse ea. Quid jam mihi fiet, dum hoc profero paradoxon de Theé. præstolabor, personam induens Apellis pictam tabulam in pergula suspendentis, sed A

dixerit insanum quis me totidem audiet

ut proverbium vetus habet. Quæ cum ita sint; ac ex instituta inter Theé Chinense, myrtum veram ac Brabanticam seu nostrate Danicum Porß / ac Germanicum Poſt / comparatione, evidentissime constet, B quod, ut Theé cum myrto congruat quoad formam, ita etiam concordet cum ea quoad vires & facultates: Chamæleagnus etiam similis sit myrto, ut Theé simile est myrto, imo succedere in veri myrti locum, aut ei surrogari, aut illius succedaneum esse possit, Quis ergo, cum Chamæleagnus nostras ipsissimum sit Cha Tartatorum, aut Theé Chinensium (quod puto me abunde probasse) deinceps patrium suum & Europæum Theé quam Chiniticum pluris non faciet, aut domi natum non longe petito præferet? Esse autem Theé nostratem Chamæleagnum, hoc syllogismo insuper probatur;

Quæcunq; forma & viribus conveniunt illa specie sunt eadem,
Atqui τὸ Cha Tartarorum & Theé Chinensium & nostras Chamæleagnus, forma & viribus conveniunt,
E. illa specie sunt eadem.

& per consequens minimè inter se differunt, seu ut Botanici loquuntur, unius ejusdemque generis aut speciei suffrutices sunt, solum numero non speciei differentes: Atque Medicinæ practicæ Doctores Celeberri-

C mi dicent, me hæc defendentem adhuc instar Herculis alicujus sub onere laborare tamen ob contrarios effectus, quos Theé Chinense; seu Chamæleagnos Chinitica, & nostra Europæa Danica aut Germanica &c. edunt; Quippe cum omnes effectus, quos Chinenses aut Indi Theé suo tribuunt, ex partium diversitate modice calidarum, & impense siccarũ, crassarum & subtilium æquè ac veræ myrti proficisci videantur: hinc utraque nempe Theé & myrtus vera præservat ab ebrietate, imo Theé infusum, in specie admirando Naturæ opere in China citra ullum incommodum sorbentes aliquot noctes insomnes servat. Quin & iidem objicient mihi, tantum abesse ut Chamæleagnos nostra Europæa ebrietatem dispellat, ut cerevisiam in qua ea decocta est, bibentem actutùm inebriet; qui effectus è diametro sibi oppositi sunt; æque ac hi sibi contrariantur invicem, nempe quod Theé Chinensium instar incitamenti hemicraniam & similes capitis dolores discutere sit observatum, quos Chamæleagnos Europæa causatur. Sic est Viri experientissimi. Non nego; fateor quidem Galenum passim demonstrare, quantum in uno

D misto diversitas partium valeat, & id insignito exemplo nucum juglandium cum in vigore essent, *de composit. medicamentor. secund. loc.* 1. *lib.* 6. *c.*2.*p.* 652. omnium optimè nos docere, qvam tamen solam ad edendos istos effectus, quos Theé ac myrtus nostras Brabantica edunt, sufficere haud affirmaverim; sed utraque hæc tota substantiâ & secundum, his utrisque proprium, mistionis modum agere, me defendere potius posse, quam ut imbecilli illorum calori, sed excellentissimæ siccitati, atque adeo solis illorum primis aut secundis qualitatibus effectus hos transcribendos arbitrer. Sed veritas ipsa quæ nuda in plano pugnare dicitur meæ huic patrocinabitur causæ, ut probem, unde hæc qualitatum discordantia suam sortiantur originem. Sciendum autem sale & sulphure, eoque maximè glutinoso, ut præ cæteris curiosè Anonymus in Dod. Author observavit, maximè Chamæleagnum exuberare, quo nec ipsius Dod. per bonam consequentiam destitui illius semina fructumqve negat; sed quod sulphur minime infensum meo arbitratu cerebro nervisque est: imo quod instar myrti ramulorum implexorum quos Lesbij hypothimidas vocarunt, *cerebrum sua fragrantia quasi suffiat ac refocillet.*

Secus

Secus enim ſi res ſe haberet, non video, qvi non fatiſcerent inſomnes noctes ſæpiculè tranſigentes Regum Principumqve ac Rerumpublicarum ablegati ad exteras provincias, qvorum fidei fides habenda, ſed interim experientia eam vel confirmabit, vel in dubium vocabit. Sic Democritum per aliqvot dies cibum non cepiſſe; ſed ſolo nidore panis ex furno recens extracti ſuſtentatum fuiſſe, accepimus, ut *Diogenes Laërtius* his verbis *p. m.* 657. *Editionis Cauſaboniana* teſtatur: nos ſic de eo luſimus: A

Quisnam tam ſapiens viſus, qui tale patrarit
Unquam, quale ſciens omnia Democritus.
Qui per tres tenuit præſentia fata dies &
Illa recens cocti panis odore aluit.

Sic moderatus vini uſus nos reficit & nervos corroborat, & ſulphure ſuo exiccat, quod nec citharædos nec ſaltatores latet, ceu qvi ut corroborent nervos, qvos expeditos ad phonaſcorum tactum habere diſcupiunt, ſæpicule manus & pedes vino lavant; illi ut blando chordarum tactu, tremulo ſono aures demulceant; hi ut reciprocis pedibus altum ſaltent, venuſteque. Qvos ſi imitarentur Magnates, nempe ut lavarent qvandoqve manus & pedes vino, vel Roris marini, Salviæ, Betonicæ &c. dici non poteſt, qvantum hoc expediret ipſorum valetudini, imo ex accidenti fieri poteſt, ut hoc euporiſto à malignis præſerventur morbis; qvod in Anatomica ſchola demonſtrandum eſt. Hæc ergo ſulphuris volatilis Chamæleagno ſpecifici abundantia, qvod vel eminus ſeſe prodit, ac nares in ericetis errantium ferit, cerebrum turbat ceu temetum, unde temulentia illa & capitis dolor. Sic in cellis vinariis, longè facilius qvam alias inebriamur, ob vini in doliis licet contenti, in cellas vinarias exhalantes ſulphureas ſive atomos ſive partes, viſum effugientes. Tartaros qvidem importaſſe in Chinam ſuum Cha aut Chamæleagnum, (ut ex prioribus conſtat) certum eſt, aſt incertum, an ij id eum in modum præparent, ut Chinenſes qvod mihi vero non ſit ſimile. Nam ſi mores ac diætam Tartarorum ſpectes, ij ebrietati impensè ſunt dediti, & tamen firma valetudine. Hinc cum illi herbis & veſcantur crudis, & easdem decoqvant v. g. ſuum Baltracan (de qvo *Anonymus in Dod. p.* 195. eſt legendus) credibile eſt inſuper illos habere torreant, aut arte ſuum B

Cha.

C Cha exiccent, vel non, crudi ſint à crapula vel non, caput doleant vel non; modo illi æqve ac noſtrates, ac aliorum Europæorum Ruſtici à decocto Cha ſeu Chamæleagni inebrientur. Hoc vitium in Chamæleagno cæteroqvin admirandarum virtutum herba (loqvor cum vulgo) cum corrigi poſſe putarint ingenioſiſſimi Chinenſes, verno tempore legenda eſſe Chamæleagni ſeu ſui Theé foliola, non æſtate ſtatuerunt, poſteaqve ſolerter exiccare periclitati ſunt. Qvam facilè verò ſulphureæ herbarum partes exhalent, ex Chymicis obſervationibus notum eſt. Qvod nec Galenum noſtrum fugit, ſi modo loci ſuperius ex *lib. illius de aliment. facultatib. cap.* 18. citati recorderis, in qvo docetur vehementem medicamentoſam qvalitatem id eſt me interprete ſalinas & ſulphureas partes 1. *coctione.* 2. *aſſatione.* & 3. *maceratione* corrigi, vel ſalinas ſulphureasqve partes volatiles medicamentorum abigi. Hinc aſſant, aut in clibano ſtudioſiſſime ſuum Theé exiccant Chinenſes, hinc in calidâ qvadrantem horæ id macerant, minimè id coqventes, veriti ne omnibus viribus id cocturâ aut ebullitione privent. Sic vos ipſi Viri Celeberri-
D mi noviſtis Rhabarbarum, Senæqve Alexandrinæ optimæ notæ folia omni purgandi facultate privari; illud ſi aſſaveris aut torrueris; hæc ſi coqvantur exprimanturqve juſto fortius. Qvod ſi ergo Europæi qvoqve Chinenſes imitarentur, ut ſuperius innui, nec niſi verno tempore lecta folia, ceu qvorum meſſis tunc temporis adhuc in herba; non fruticem ipſum multo minus lætè efflorescentem, ſemineqve locupletem lupuli loco in aqva coqvendæ cerevisiæ decoqverent; ſed ſolum macerarent: utiqve credibile, nec noſtratem Chamæleagnum, tam facile ac jam uſu venit, eos inebriatum ire, præſertim (iteratò illa moneo,) ſi omni careret ſemine. Tantum valet ſulphur, qvod tamen in aliis herbis aut fruticibus abundantius, ut in noſtrati Chamæleagno, in aliis plus minus reperitur, idq; volatilius aliud fixius. Sic ſvaveolentia Moſchatellæ Cordi freqventiori odoratu omnis deperit. Geranium moſchatū non niſi marcidum ea ſe commendat, qvam ut arte procures, percutiendū ſemel atq; iterum ſiniſtræ manus dorſum Geranio eſt, aut utriſq; manibus confricādum blanditer, ſi enim nimis contriveris opera in eô luditur. Sic ruta valde &

de & usqve adeo volatili est sulphure, ut exiccata sit ἄχρωμος, seu omni colore carens, semine oleoso & sulphureo. Absinthium medio modo se habet, uno valdè volatili præditum, sed qvod maximè ferit caput (unde nonnulli volunt, qvo id eluatur, aut potius evanescat, immergendum esse calidæ prius qvam recipiatur ad parandum ex eo vinum absinthites) altero superstite & fixiore una cum sale volatili & fixo. Sic serpillum, allium, laurus, maxime sulphure æqvè ac Chamæleagnus, qvam præ manu habeo abundant, qvod tanto difficilius in Chamæleagno evanescit, qvanto id lentius, ut ex prioribus constat. Qvas in Chamæleagno sive vires sive facultates, cum in officina *Regij Pharmacopæi DN. Christophori Herfordij* explorare sagaciter contenderem, eamqve una cum foliis ac semine incenderem, opera in eam rem usus duorum artis pharmaceutices studiosorum liberaliter ipsi servientium, nempe *Ernesti Christophori Cnorrij Turingi, & Severini Sartorij Silesij* parum abfuit, qvin accensa non qvidem ocyssime ceu Juniperus; ast instar betulæ fragoribus intermistis crepans conflagraret. cujus fumus cum universum laboratorium oppleret odoratu acris; propemodum betulæ accensos ramos te olfecisse dixisses, sulphuris abundantissimos: unde infertur sulphure saleqve volatili plurimo constare Chamæleagnum. Ex his ergo in medium allatis rationibus ac experimentis nunc constare arbitror, cur Chinensium Chamæleagnos cerebro grato sulphure, sed arte attemperató aut correcto insigniter spiritus eorum ita reficiat, ut insomnes noctes citra dispendium valetudinis transigere possint in China degentes (exemplum habes in Alexandro Rhodio) nullo capitis dolore infestari; imo ab eo vindicari; nostras seu Europæa Chamæleagnus & præsertim ætate perfecta, floribus semineqve maturis cerevisiæ incocta, cum inebriet eam bibentes, ac iis ceu temulentis somnum conciliet, capitisqve dolores cieat. Qvibus ad rationis stateram exqvisitè examinatis, nunc ego omnis temeritatis absolvor, si post habita pretiosa Chinensium Chamæleagnô, illi vili pretio & huc usqve vitiosa nuce non pretiosiorem Chamæleagnum substituendam decernam: fruticem præstantissimarum virtutum adversus venena & serpentes, ut antea ex ipso Plinio probatū: qvippe qvi ne qvidem odorem illius ferre possunt commendabilem.

C Qvas illius Asiaticis adhuc ignotas qvalitates nos Europæi eos docebimus, illis cum debeamus, qvod insomnes noctes illius beneficio seu Theé Asiaticæ citra detrimentum valetudinis transigere nos posse creduli hic in Europa credamus.

Verum videor mihi necdum rationibus ac experimentis his satisfecisse experientissimis DN. Practicis, nisi cum in officinas passim duûm generum herbæ Theé inferri advertant, alterum nigricantius, alterum viridius, alterum crenatum, alterum minus, ego qvoq; Orbi Europæo palàm faciam, qvi Theé Chinensium ita variet. Qvibus hunc in modum responsum volo: Constare qvidem ex Tulpio Chinensi Theé folia esse ex nigro viridia, Japonensi verò colore dilutiore, ac sapore gratiore; hinc posterius libram unam non rarò centum argenti libris in India vel etiam Teste Trigautio solum decem ac sæpe duodecim aureis venire. Et tamen aromatopolæ Amstelrodamenses & Hamburgenses tam pretiosissimæ, & qvæ pecunia æstimari neqvit, herbæ, (loqvor cum Vulgo) integram libram octo Joachimicis, octo Joachimicis dico divendunt, ut

D superius indicavi.

Hic verò loci aliter facere non possum, qvàm ut sagax ac solers studium indagandi formam & vires Theé *Celebratissimi Viri DN. D. Olai VVormij, olim Collegæ mei* condignè laudem, ceu qvi in *Musæo suo Lugduni Batavorum Anno* 1655. *edito lib. 2. Cap.* 14. *p.* 165. se etiam accepisse duûm generum Theé, eorumqve aliqvot folia aliqvantisper macerasse calidâ refert, qvorum unum explicuit colore viridi opaco, figura referens folium fruticis rosarum crenatum, oblongum, per longitudinem nervulum extensum habens unciæ ferme longitudine. vid. figuram l. c. Cujus ego solertiam studiose data opera imitatus sum. Rogavi namqve *DN. Herfordium Regium Pharmacopolam*, daret hoc mihi publica curanti commoda, ut si utraqve Theé Chinensium genera possideret, mihi utraqve lustranda concederet accuratius. Qvi indulgere mihi hæc omnia, ac duo scrinia satis capacia Theé repleta jubet depromenda diversorum colorum, in qvorum altero, & qvod ejus generis Theé repletum erat, (cui simile ut ex prioribus constat in Fleischeriana officina scrutatus eram) ne hylum qvidem aut festucam alterius sive plantæ sive herbæ neu pedi-

culos

culos neu ſemina reperi, qvam mera ſolaqve Theé folia; alterum qvoqve ſcrinium continens nigricantiora foliola, cum invertiſſem ac ex eo in menſam profudiſſem omne Theé, idqve veluti ruſparer, ecce ex univerſo illius cumulo colligo tres pediculos myrti pediculis usqve adeo ſimillimos, ut non ſolum meo ſolius arbitratu, ſed qvoqve Herfordij ac antea laudatorum artis pharmaceutices ſtudioſorum, pro ipſiſſimæ myrti haud alterius ſuffruticis fructus pediculis haberi poſſent. Magnum autem id argumentum in tam dubia cauſa, myrto adulterari, aut potius ſubſtitui eam herbæ Theé Chinenſium, ceu qvod, ut antea demonſtratum eſt, cum myrto conveniat. Atqve hoc genus, aut hanc ſpeciem (nolo hic qvenqvam λογομαχεῖν) Theé, niſi ipſa myrtus, qvia nigricantior, eam eſſe auguror, qvæ ipſos inter Indos, longè vilius, qvam Theé herba viridior, venit. Sed cum modo laudatus Celeberrimus noſtras *Olaus VVormius* ſuſpicetur, *ob tantam diverſitatem, quæ in foliis Theé apparet, fraudem ſubeſſe, ac multa hic apud nos pro foliis Theé vendi quæ alterius ſunt plantæ*: (cui fraudi affinis ea eſt, qvam in foliis Tabaci, cum de iis agerem perſtrinxi) utiqve non ſolum ὁμόψηφον me hic habet, ſed qvoqve lampade mihi ab ipſo qvaſi tradita, non committam hic à qvoqvam mortalium ſtudium in me reqviri meum; præſertim cum Hippocr. velit μηδὲν περιορᾶν, μηδὲν εἰκῆ. Ne ergo qvis me temeritatis poſtulare poſſet, ceu fraudis inſimulantem Aſiaticos, egoqve malè audirem, mearum eſſe partium duxi acerrimè ac oculis maximè intentis porro contemplari Theé Chinenſium. Exoravi proin *DNo. Herfordio* liberaliter ſervientes prædictos juvenes, ut permiſſu ipſorum Heri, [neqve enim nos Medici adeo feroces aut imperioſi ſumus, qvaſi in illos vel etiam Chirurgos ceu beluas imperium habeamus, ob artis Medicæ dignitatem, alias nobis reverentiâ, cultu, legibus obſtrictos, juſſa noſtra ceu patrum exeqvi, ſed non bajulare nos inſtar lecticariorum, aut nobis ſoccos detrahere inſtar ſubhaſtatorum ſive ſervorum ſive mancipiorum] majuſcula & perfectiora Theé folia ſeligerent, aqva calida macerãda, poſt accuratiſſime explicanda dein charta bubula exiccanda ac complananda, qvô ſuis ſtudiis mea ſublevarent, atqve ita traderemus operas mutuas; mihi cum ob graviora negotia vacare huic uni ſtudio non liceret. Ob-

C feqvuntur illi meæ voluntati, & negotium hoc ex ſententia conficiunt, ac ex aliqvot numero paucula quædam decem plus minus non lacera neu contrita mihi exhibent, ex qvibus duo eaqve perfectiſſima Regius γλύπτης *Albertus Halvveg* ſatis accurate cælavit, ut qvilibet curioſis oculis perſpiciet. Vid. Hiſtor. Cochleariæ in 4ta Claſſe Qvadripartiti mei, diverſa facie & magnitudine, unum verò ſeu prius illorum usqve adeo Chamæleagno Megapolitanæ folio verno conſimile, ut vix qvisqvam habeat comparata inter ſe invicem, qvod deſideret. Cætera variant & potius alterius, qvam genuini Theé, imo qvoqve ſunt alterius niſi oculi me mei fallunt, plantæ aut fruticis, ſpecie à Chamæleagno ſive Tartarico, ſive noſtratis differentis folia, qvanto autem minora cum tenera atqve ita imperfecta verno tempore legantur, tanto magis pro genuinis Theé foliis eſſe habenda reor.

Veruntamen ne qvis hic loci erret moneo, [cum antea ex incomparabili Bauhino probaverim, interveniente autopſia, oppidò variare in foliis unum idemqve individuum Chamæleagni ſeu myrti noſtratis ſylveſtris, ſeu noſtratis Porß/ac Megapolitanorum Poſt/ illudqve mirè in

D foliis ludere] dicatqve probabile id qvoqve uſu venire Tartarico Cha vel etiam Chinitico Theé; unde inferri poſſit per bonam conſeqventiam: in China non adulterari Theé; Tu qvod defendis eſſe ipſiſſimam Tartaricam Chamæleagnum. Bonum ſanè factum qvod Tu priorum adhuc recorderis Philalethes, aut Philomathes; & ego qvoqve Tibi reſpondeo, permanere me adhuc in ea ſententia, at nunqvam voluiſſe neu me docuiſſe, ita variare aut ludere naturam in fruticis Chamæleagni ſeu Tartaricæ ſeu Europææ foliis poſſe, ut folia ſpecie omninò diverſa proferat. Monſtrum enim fruticum dixeris his foliis, qvamvis arte cernas unã eandemq; prunum, pruna nigra & ſurdo colore, luteo ſeu flavo; mala Perſica, Amerina, amygdalas dulces ac amaras; itemqve illarum arborum folia proferre. Hic ſane mihi aqva hærere, neqve auxilii neqve conſilij mihi copia. Capeſſenda ergo iterum mea mihi Botanotheca erat, qvam tribus millibus plantis abhinc qvadraginta & amplius annis divitavi, ut Accij hic vocem uſurpem. Replico eam à capite usqve ad calcem, non ſemel, ſed ſemel atqve iterum, contemplans arguto oculô,

culô, eô animo, ut anne ex his omnib' aliqvam, qvæ ad spurij Theé Chinitici, seu qvo genuinum adulteratur, aut qvod ei remiscetur, illi analogon, ex tot herbarum numero possem invenire similem plantam. Et ecce duorum suffruticum ramulorum folia inter eas observo foliis spurij Theé persimillima. Sunt autem ij qvi apud solum & unicum Botanicum incomparabilem æternâ memoriâ Carolum Clusium occurrunt, & prior est; *pyrola ipsi tertia vel fruticans dicta, lib. 5. rarior plantar. Hist. cap. 20. pag.* 117. *descripta*, qvam pari fama & authoritate Celeberrimus *Bauhinus* in Pinace appellat *pyrolam frutescentem arbuti folio.* Posterior suffrutex *Spiræa Theophrasti est, à Clusio lib.* 1. *Hist. plantar. cap.* 53. *p.* 84. *picta ac descripta: Bauhino, Frutex spicatus foliis salignis serratis dictus.* Cum verò antea expedire & ère Medicinæ Candidatorum esse existimaverim, ut post meam, qvam hinc inde consarcinaram Theé Chinitici descriptionem, eam, cum Betonicæ herbæ & Chamæleagni fruticis descriptionibus, ex Dodonæo depromptis conferrem: ita huic loco non inconveniens puto utrorumqve descriptiones auctore Clusio hic inserere, qvo Medicinæ Candidatorũ & hoc Authore carentium desiderium expleam. Qvod *Viri clarissimi ac experientissimi* vestris sine ingratiis fiat, meo ipsius & illorum omnium nomine rogatos vos venio; Qvorum tempora meis his legendis non morarer diutius, nisi causæ qvam tracto pondus & difficultas, ejusmodi verborum circuitiones reqvirerent, qvo non, dum brevis esse laborem, obscurus fiam. Definitio verò prior seu pyrolæ fruticantis Clusio dictæ hæc est; *Elegantissimum* (inqvit, intellige pyrolæ) *est alterum genus interdum quodammodo fruticans; nam novelli breves ramuli, singulis annis succrescentes, aliquot annos firmi viridesq́, permanent, & supra tellurem eminent, donec tandem pondere suo depressi, humi procumbant, & musco se condant, fibrasq́, interdum agant: folia ut plurimum ad singula internodia, ubi novi ramuli succrescunt, bina terna ad quaterna habent carnosa, supernè saturatius virentia & splendentia Chamædaphnes* (qvam vulgus laureolam vocat) *foliis forma & magnitudine propè similia, in ambitu tamen serrata, gustu admodum exiccante, deinde amaricante, ut reliquarum pyrolarum folia &c.* inter qvæ ultima verba probè considerent velim Medicinæ Candidati. Idem Clusius lib. 1. rarior

C plantar. l. c. hunc in modum spiræam describit: *Duorum cubitorum altitudine assurgit, tenuibus ramis seu virgis puniceo cortice obductis, per quos sine ullo ordine sparsa sunt frequentia, longiuscula & angusta folia, salignis proxima per ambitum serrata, superne dilutiore viriditate prædita, inferne veluti ærugine aspersa exiccantis cum quadam amaritudine conjuncti gustus &c.* & hujus descriptionis ultima verba maximè consideranda sunt; qui unicuiqve decernendum relinqvo, cum herba Theé, præterqvam qvod serratis sit foliis, gustus sit *exiccantis cum quadam amaritudine conjuncti*, nec non fruticans pyrola Clusij itemqve illius spiræa Theophrasti, seu utraqve hæc & præsertim pyrola *admodum exiccante deinde amaricante sit gustu*, anne valde probabile videri possit vel alterutro, vel utrisqve commodissime & facillime Theé à Chinensibus præsertim cum qvò ad formam ex parte inter se conveniant, non sapore solum posse adulterari? sed prioris seu pyrolæ solùm foliolum in tabula æri insculpta & historiæ Cochleariæ Qvadripartiti mei annexa Nō. IX, depictum aut sculptum, & ei persimile Nō. X, in China nati reperies; curassem una eademqve o-

D pera qvoqve spiræ cœlandum, sed cum capax ejus non esset tabula, botanophilos visat ipsius figuram spiræ apud Clusium, vel etiam ejus accuratius depictum aut sculptum unicum foliolum inter æri insculptas vasculorum pretiosissimorum cum fictilium, tum æneorum Chinensium figuras, sub finem hujus mei stochasmi Botanici insertas pag. nempe. Ubi duo Chinensis Theé foliola, cælata exhibentur; qvorum majus usq; adeo persimile spiræ Theophrasti est, tam si longitudinem latitudinem, qvam venarum ductum, crenarumqve seriem aut magnitudinem spectes, vix ac ne vix qvidem, ea ab invicem discernere ut possis. Ast qvàm dissimilia utraqve hæc sunt ei foliolo Theé, qvod primo loco seu Nō. VII. in modo laudatâ tabula una cum Cochlearia Danica cælandum curavi: alterum vero pusillum illud sed omninò non crenatum Theé Chinensi foliolum proh! ut illud simile Chamæleagno Megapolitanæ; qvam mire ludere in foliis ex Bauhino docui: Hoc ergo pro genuino, illud qvod spiræam repræsentat, pro spurio habendum esse reor. Verum cum mihi, neu vobis Viri Experientissimi constet, horum cremiorum, pyrolæ nempe, ac suffruticum spiræ Theophrasti fertilis sit Tartaria

ria vel etiam China, (qvod tamen mihi valde probabile) vestra æqvanimitas faciet, vitio minime mihi vertatur, si dicam hic nos decere σιγᾶν ἢ A
ἐπέχειν Interim verissimum, manifestissime apparere non omnia ad nos delata Theé folia esse unius ejusdemqve suffruticis foliola, & per conseqvens nullum est dubium, qvin adulterata aut alia eis remista sint, si non sunt vel pyrolæ vel spirææ.

Cæterum huc usqve cum in hoc meo στοχασμῷ botanico provectus essem, commodum ad me invisit fallendi temporis causa *Rev. Pater Dn. Hieronymus Môlmannus, Jesuitarum ordinis Theologiæ Doctor,* bonorum amicitia dignissimus, qvam inter nos auspiciis *Perillustris Herois liberi Baronis ac DN. DN. Johannis de Goes literarum ac eas colentium Patroni summi* initam, præclara illius eruditio conservat; cui cum inauditum paradoxon de Theé herba revelassem, ac qvantopere ipsius ordinis socii me legendis ipsorum descriptis peregrinationibus Indiæ Orientalis, adjuvissent, præ cæteris verò laudarem *Nicolaum Trigautium ac Alexand. Rhodium* eiqve qvædam hujus meæ digressionis de herba Theé prælegissem; benè se ista omnia qvidem habent (inqvit) at rectius Amice Tibi B
non consules tamen, qvam ut Tibi compares nostri *R. P. Martini MARTINII novum Atlantem Sinensem*, novè seu solum abhinc decennium Amstelrodami à DN. Bleau editum, ceu omnium novissimum Indiæ Orientalis aut potius Chinæ scriptorem. Verum cum nemo sive amicorum sive collegarum olim meorum celeberrimæ hujus Academiæ eum possideret, (neqve enim qvisqvam eum mihi denegasset) rogavi *S. R. M. Regis ac DNi. DNi. mei Clementissimi* Bibliothecarium, Virum Clarissimum *Petrum Schumacherum*, intromitteret me in Regiam omnigenarum lingvarum, artium, scientiarum, selectissimorum authorum locupletissimam Bibliothecam, qvod perfacile ab homine facillimorum morum obtinui illicò. Dum ergo in Regia hac Bibliotheca modo laudati Patris *Martini Martinij* novum Atlantem replicarem, ac ad magni Sinarum imperij Nonam provinciam, vulgo Nanking dictam pervenissem, ipsumqve in descriptione istius provinciæ decimæ qvartæ urbis Hoejcheu dictæ, adverterem pag. 106. Cha mentionem facere; ac affirmare illius folium nusqvam alibi qvàm in ea esse præstantius

C tius &c. illiusqve hiſtoriam (mox huic loco inſerendam) perlegiſſem, tanto animi mei prolubio id factum, vix ut mihi præ lætitia conſtiterim; non diffiteor; imo vix majori delibutum gaudio inceſſiſſe ex agro domū reverſum Timonem hariolor, poſtqvam in eo theſaurum inveniſſet, qvanto ego cum *R. P. Martinij* hunc locum. Qvin nec diffiteor & me qvoq; poſtmodum evax! exclamare, ac inſtar Archimedis εὕρηκα, εὕρηκα illud ingeminare cæpiſſe; cùm qvod ipſum Martinium haberem ὁμόφυλον Cha aut Theé Chinenſium aperte docentem ad Rhus pertinere, vel ipſi perſimile eſſe, qvod antea ex Plinio, Cluſio, Dodon. Dalechampio & Anonymo in Dod. Belgicæ editionis auctore docui, noſtratem eſſe Chamæleagnum; ſeu Danicum Porß/ſeu Saxonicum Poſt/tum ut *Martinij* authoritate Chinenſes non ſolum fraudis & impoſturæ accuſari, ſed qvoqve illius criminis convinci qveant, æqve ac apud *Vitruvium lib. 9. cap. 3.* aurifex ille furti convincitur, qvi argento adulterarat auream coronam, qvam Hiero auctus regia poteſtate, Syracuſis rebus bene geſtis, Diis immortalibus votivam, in fanô qvodam conſtituiſſet ponendam.

Sed contemplemur deſcriptionem Theé fruticis, authore *Martinio*,
D cujus hæc ſunt verba l. c. *Folium Cha nominatiſſimum, nuſquam alibi quam hic præſtantius eſt (intellige in prvincia Kiangnan vulgo Nanking dictam) id in gratiam curioſi lectoris ac botanices ſtudioſi brevibus deſcribam: foliolum eſt omnino illi ſimile, quod Rhus coriaria profert, imo illius quandam eſſe ſpeciem, tantum non mihi perſvadeo, non tamen ſylveſtre illud, ſed cultum eſt, non arbor ſed virgultum eſt, quod in ramulos varios ut virgulas potius ſeſe diffundit, nec flore admodum differt, niſi quod hujus albedo non nihil magis ad flavedinem declinet; æſtate primum florem emittit levi odore fragrantem, ſequitur bacca viridior, mox nigricans: pro potione Cha coquenda expetitur folium primum vernum ac mollius, quod ſtudiosè ac ſigillatim unum poſt alterum manu carpunt; mox in ferreo cacabo tenui ac lento igne aliquantulum calefaciunt, deinde ſuper ſtoream ſubtilem ac lævem manibus propellendo, involvunt, atq; involutum iterum exponunt igni, ac denuo confricant, donec intortum rurſus & conglomeratum plane ſiccum ſit: Quod ſervant in vaſis plerumq; ſtanneis ab omni humiditate diligentiſſime & evaporatione cuſtoditum. hoc cum in ebullientem aquam conjicitur, etiam poſt diuturnam*

turnam asservationem ad pristinum virorem redit, seq; expandit, aquam odore svavi si optimum est, saporeq; non ingrato, præsertim ubi assueveris, ac colore subviridi inficit. Multis hujus calidi potus vires ac virtutem prædicant Sinæ, qui eô noctu & interdiu frequentissimè utuntur, hospitesq; excipiunt. Tanta autem ejus varietas ac præstantiæ discrimen est, ut libræ pretium apud ipsos Sinas ab obolo ascendat ad duos pluresq; aureos: Illi potissimum adscribitur, quod Sinæ podagram ac calculum nesciant; post cibos sumptum omnem indigestionem ac cruditatem stomachi tollit: maxime enim concoctionem juvat, qvin & ab ebriis adhibitum levamen iis, novasq; ad potidandum vires adfert, adeoq; & crapulæ omnes molestias levat, siquidem exiccat & abstergit superfluos humores, ac vigilare cupientibus somniferos vapores expellit, oppressionemq; somni studiis vacare volentibus arcet. Varia apud Sinas habet nomina juxta varia loca, eamq; quam obtinet præstantiam, hujus urbis præclarissimam Sunglocha *vocari solet. Pleniorem si quis illius descriptionem desideret, consulat Gallicè editum R. P. Alexandrum de Rhodes, qui illud fusius describit de regno Tunking part.* I. c. 15. *Hactenus R. P. Martinus Martinius.* Qvi etiam paulo ante docet, nonam urbem Lucheu, nonæ provinciæ Kiangnan pag. 104. tum à præstantia tum copia herbæ Cha commendari.

Hic aliter facere non possum, qvam ut Vos, Viri Experientissimi, qvotqvot passim in Europa degitis prologi Terentiani & qvidem Hecyræ verbis compellem, nempè

facite ut vestra authoritas
Meæ authoritati fautrix, adjutrixq; sit.
Si nunquam avare statui pretium arti meæ,
Et eum esse quæstum in duxi maximum,
Quam maxume servire vestris commodis &c.

Qvi sic, dixeritis? Anne hic oculatus testis præter Trigautium & Alexand. Rhodium, priora omnia illa confirmat, nempe Cha esse Rhun Coriariam, aut illius qvandam esse speciem, cujus descriptæ qvalitates itemqve accidentia cætera nota repetuntor ex prioribus: verbo dixerim me minime dubitare qvin Cha Tartarorum vel Theé Sinensium ipsissima nostras Chamæleagnos sit, vel Rhus herba Plinij, Danicè Porß Germ.

C Post/Belgice Gagel dicta, præsertim cum vel prioris seculi Botanicorum Pater atqve princeps celeberrimus *Carolus Clusius in auctar. exoticor. librор. p.m.* 376. liqvidissimis verbis asseruerit, se ex figuris quorundam Sinensium librorum, qvos mercatores, qvorum res in India orientali versantur, ipsi *Iosepho Scaligero ac Petro Pavvio* dono dedissent, tametsi rudibus & crassa Minerva expressis, animadvertere potuisse, multas plantas apud Sinenses nasci, iis qvæ apud nos reperiuntur, valde similes &c. Qvod interim magnum pro me argumentum; probabile esse, nec ipsam Chinam carere nostrati Chamæleagno Tartariæ conterminam. Doleo autem & qvidem vehementer, qvod cum DN. *Martinus Martinij* cis pauculos annos ex Norvvagia hac in Imperium Romanum contenderit, ut superlaudatus *R. P. DN. Mólmannus* mihi retulit, mihi illius huc adventum non innotuisse, cæteroqvin ipsum ceu alterum & Germanicum Ulyssem simili humanitate invitassem, qva Syrenes Homericum, *Cic. interpr. 5. de finib. pag. m.* 153. qvarum hæc est cantilena svavissima:

D
O decus Argolicum, qvin puppim flectis Ulysses
Auribus ut nostros possis agnoscere cantus!
Nam nemo hæc unquam est transvectus cærula cursu
Quin prius adstiterit vocum dulcedine captus,
Post varias avido satiatus pectore musis.

qvo ille αὐτόπτης unius horulæ qvadrantulo, omnia illa me longè rectius docere potuisset (*verus profecto sermo est, quem pleriq; artifices in ore habent, quod non idem sit, neq; simile à viva voce discere, & ex libro legere Gal. inquit lib. 6. de compos. medic. secund. locos cap. 3. p. 627.*) qvam qvæ ego ad præmorsos calamos ac ungves, jactone me? solam rationem secutus, meditatus sum; cujus tamen mei studij me nec dum pœnitet; maximè cum ex Cornel. Tacito 15. annalium p. 373. constet; *Multa experiendo fieri, quæ segnibus ardua videantur.* Sic audendo atqve agendo rem Romanam crevisse: Legendo atqve tentando *Columbum* Americam detexisse palam est. & qvem eruditorum fugit, Par Mathematicorum incomparabile, *Copernicum* & incomparabilem Heroa, Patriæ suæ Daniæ ingens decus ac ornamentum, *Illustrem Tychonem Brahæum*, seu qvorum

Gloria

A

Gloria ad Herculeas innotuit usq; columnas, majoribus nostris non invisa solùm, sed qvoqve inaudita, ingenio & pervicaci labore in Mathesi, & invenisse, & demonstrationibus Mathematicis confirmasse; cujusmodi in arte nostra non dantur, nec qvisqvam (ignoscat mihi hic loci Argus Philalethes) à me, nisi rana gyrina sapientior sit, ut proverbium habet, exiget. Ut taceam, *illustrem Hoffmannum in paraleipomenis officinalibus*, dum illius studium integrè in investiganda mineralium aqvarum natura, investigatu perdifficili versatur, cap. ult. pag. 696. se tueri adversus hoc genus hominum videri, his verbis: *ita moris est in foro philosophico; hoc ψήφισμα est Platon. Aristot. Gal. omnium sapientum, probabilia quis dixit, satis est.* Sed præfiscine dixerim, ac pace *R. P. Martinij* fiat, ceu cujus præclare eruditioni meritissimò aliàs assurgo, qvod tamen paucula qvædam in descriptione herbæ Theé ne remorentur. Nam non capio illa, qvod Rhun coriariam illam (notandum Matthiolum, Bauhinum, Hoffmannum nolle differentiam inter Rhun coriariam & culinariam, qvamvis Gal. inter eas distinxerit, intercedere, qvæ Cha aut Theé aliàs Trigautio & Rhodio appellatur) nolit esse sylvestrem, sed ex sylvestri cultam faciat (id est ut ego accipio, studiosè eam excoli à Chinensibus) necessario aliqvot jugera occupantem, maximèqve luxuriantem. Qvod si verò solum verbulo meminisset myrti, conjicerem *DN. Martinium secutum* alios Botanographos, excludentes ex myrtorum verarum consortio, myrtum Diosc. sylvestrem, in officinis Ruscum aut Bruscum dictam (de qvo Deo volente in qvarta classe mei Qvadripartiti convenienti loco agam) nomine sylvestris Ruscum intelligere. Sic Incomparabilis Florentinus Secretarius *Marcellus Vergilius in eruditissimis commentariis Diosc. lib.* 1. *cap.* 132. *pag.* 143. perdoctè demonstrat, inter illum & myrtum veram ingens discrimen existere, inqviens: *quæ à Plinio & à nobis sativa myrtus hoc capite dicta est, nullam habet ut in cæteris plantis consitionis aut loci rationem. Nec quia aut artificio humano, in hortis consita meliorescat, aut quia incultis desertisque locis proveniens, hoc tantum alia à sativa sit, eo discrimine in dicata est, sed quod toto genere ab agresti, quam Græci oxymyrsinem, Latini Ruscum vocant, diversa, eo nominis honore à Dioscoride Plinioq; & à nobis ornari debuit:*

B

C *buit: rusco enim comparata myrtus mitior, & quod Græci dicunt* ἥμερος *est; il-*
la enim cuspidatis foliis, vulnerans magis quam pungens, asperior & indomi-
ta meritò habenda fuit: qualis autem Ruscus sit, & cur agrestem myrtum ve-
teres eam dixerunt, cum de oxymyrsine agetur, certius patebit &c. Cujus-
modi censuram nec dum unquam sustinuisse nostratem Chamælea-
gnum, sed semper eam, veræ myrto, ast cognomento sylvestrem, fuisse
annumeratam, à Botanographis recordor. Qvod verò eam celebra-
tissimus *Martinius* cultam nominet, atqve adeo ea non sylvestris, sed
hortensis videri possit frutex, puto non nisi καταχρηστικῶς hoc epitheton illi
competere: Neutiqvam dubitans, qvod cum sagacissimi Sinenses ad-
vertant, adeo inhiare nos Europæos usui aqvæ Theé, & qvasi sitire eam
siccis faucibus & lingva aspera, ut posthabitis Europæis medicamentis
præstantissimis, omne præsidium longævitatis in Theé, una cum Sinis
collocemus; qvin lucri causa (cujus Chinenses sunt cupidissimi, ut *Mar-*
tinius me docuit) Chinenses illi non minori studio aut solerti cultura,
sylvestrem hanc myrtum, aut Rhun *Martinij* suffruticem aut virgultum
D excolere occipiant, sponte sua alias & ruri succrescentem, aut in China
natam, qvam nos Europæi vitem ob vinum; Persæ morum arborem ob
sericum; Galli Galliæ Narbonensis ac Provinciæ fruticem Ilicem cocci-
geram ob coccum baphicã, Tabacum plantam ob fumum nobis Euro-
pæis vendendum: Megapolitani mei & præsertim Brandenburgenses
Lupulum ad coqvendum optimæ notæ Rostochiensem cerevisiam, lon-
ge lateqve per totam Europam olim divenditam: Bambergenses gly-
zyrrhizam, quæ Hispaniæ bonitate non cedit; Silesij ac Alsati rubiam
tinctorum, ad rubro colore tingendos pannos; Thuringi Isatidem cœ-
ruleo &c. Sed cum *Trigautius* antea non sine ratione subdubitarit,
non impossibile videri, etiam Theé in Europæis plagis succrescere posse; (ve-
lim benevolus lector non fugiente oculo hæc legat) *Alexander Rhodius*
id tanto cum apparatu à Chinensibus, qvanto Europæi vindemiarum
tempore occupentur, colligi affirmat (unde superius intuli jugera ali-
qvot veluti eô, Theé nempe consita conspici) ipsi decernite, anne ratio-
ni & loquendi modo vulgatiori congruentius, Theé appellare, aut esse
sylvestrem fruticem, qvam cultum; ita ut sint opposita vocabula: sed
non

non diffiteor hic in Europa quoque nos dicere excolere vineam, vineæ ipsæ cum vix hortenses spatiosa satis spatia occupantes, appellari vel possint, vel debeant. Verum satis de verbis altercatus sum cum *Martinio*. Iidem Chinenses cum *singula folia* (eodem teste) *seu unum post alterum, eaq; non omnia, sed sola prima, verna & mollia* (unde colligo maximè dispari esse forma ab æstivis, quod quoque in nostrate Chamæleagno observatur, ita ut verna æstivis dissimilia mollitie, lævore, colore sint) manu carpant, mirum nemini videri debet, si Chinensium Chamæleagnos, seu ipsorum Theé, nostrate Chamæleagnô, aut omni Europæâ sit mitior, nobis (quod ad nauseam usque repetivi) nihil eorum observantibus, vel in colligenda vel siccanda, vel coquenda nostrati Chamæleagno, illi quæ studiosissimè procurant, & *mox in ferreo cacabo tenui ac lento igni calefaciunt aliquantulum, dein supra stoream subtilem ac lævem manibus propellendo involvunt, atq; involutum iterum exponunt igni, ac denuo confricant, donec intortum rursus & conglomeratum plane siccum sit &c.* Hinc quoque usu venit, quod nostras Chamæleagnos in calida macerata, non eundem colorem, odorem, saporem, minimè tamen ab iis diversos effectus habeat, sed secundum magis & minus solum eos variare, ac easdem qualitates in eâ quidem, sed justo intentiores, quam in Chinensi Chamæleagno seu Theé, deprehendamus. Eja, facite ergo, obtestor vos, me primo monitore, per communia quæ mihi vobiscum sunt studia, ingens in emolumentum totius Europæ, & rei herbariæ incrementum (quo nomine tamen à vobis Ego

nec mî aurum posco, nec mihi pretium dederitis)

Jubetote, imperatote pro imperio, quod in pharmacopæos mecum habetis (quorum aliàs aliqui usque adeo sapienti potentes sunt, ut norint scilicet, quomodo Jupiter Junonem duxerit, ipsis Medicis unà cum superbis barbitonsoribus sese protervè præponentes) ut Pharmacopæi vobis obsecundent, ut observatis omnibus circumstantiis, aut si illi vobis erunt immorigeri, potius eorum Rhizotomi aut Rhopopolæ ita deinceps Chamæleagnum Europæam tractent, ut admiranda curiositate, & improbo labore Chinenses suum Theé; Nec dubito, quin Deô fortunante similes aut eosdem effectus cæteris paribus edat, nostra Chamæ-

C leagnos, quam Chinensis. Secus enim si quis faxit, quî eosdem effectus ab una eadémq; herba expectet, præsertim si altera primo Vere, altera sera æstate, altera domi arte, altera ruri Sole sub ardente siccata, altera herbescente viriditate, altera sulphureo rore roscida, floribus ac semine prægnans legatur. Hinc cedro digna illa summi philosophi, ac ad *Aristotelis* famam pergentis *Scherbij* sententia est; Nempe *ubicunq; multa concurrunt ad unum effectum, ibi omnia oportet exactè sint eadem.* Cujus beneficio solvi posse putat pari fama Illustris *Hoffmannus difficultatem illam, quæ sæpe nobis objicitur in individuis, in quibus nulla apparet ad sensum differentia; cum in effectu sit maxima. Nimirum hoc est illud, quod facit proprietatem quam vocant individualem, nullo calamo, nulla lingva dicibilem. Hanc memini* (pergit Hoffmannus) *Præceptorem incomparabilem DN. Phil. Scherbium exponere hoc simili: Facit fusor aliquis viginti tintinnabula, ex eadem materiâ, in eodem typô, eodem locô & tempore, neq; tamen ullum illorum habet sonum, alteri prorsus similem: quæ causa est? Artifex est idem, materia est eadem, ignis est idem, typus est idem, omnia conspirant ad*
D *eundem plane effectum: neq; tamen idem plane est effectus. Et tu si oculos consulas, si tactum, si pondus, si alia, non dixeris ullam esse inter omnia tintinnabula differentiam: differentiam tamen esse arguit sonus. Sunt quædam (ajebat Præceptor) quæ neq; scribi possunt, neq; dici: & tales sunt differentiæ istæ. Fortè nō est æquabilis materiæ crassities, quod ignis nō æquabiliter pervaserit omnes particulas. Fortè non est superficies utrobiq; æqualis, quod materia fusilis jam esset aliquantulum refrigerata. Forte alia sunt. Nam nisi omnia concurrant ad exactissimā amussim, non fit idem sonus &c. &c. et hæc libuit mihi hâc occasione afferre, ut minuam tantum admirationem,* Hoffmannus inquit in Comment. lib. VII. de V. P. Nō. 444. quem vide; itemque illius institutiones Med. lib. V. cap. 27. §. 5. Ego verò ideo hæc *Hofimanni* afferre volui, quo si fortè quis Chamæleagnum nostratem, seu nostrate Porß aut German. Post/ vel denique Belgarum Gagel/ in quibusdam accidentalibus differentiis, effectu differre à Thà Tartarorum, vel Theé Sinarum, observet, ne is illico in dubium vocet, an frutex sit ejusdem speciei cum Chinensium Theé, quod hactenus mihi probandum incubuit. Est ergo & manet Theé Chiniticum, & Chamæleagnos nostras unius ejusdemq; speciei frutex, cujus causâ, nos vectores *Per*

A

Per varios casus per tot discrimina rerum
Tendimus in Chinam

caput bonæ ſpei (penè dixiſſem) bonæ mentis promontorium præter vecti, tot ærumnas ſuſtinemus, quater Æquatorem ſubeuntes, bis in Indiam euntes, bis ex eâ reduces, ita, ut animus illarum meminiſſe horreat, quibus ſuſtinendis vix Hercules impiger ſufficeret, ob quas revera dici nos poſſumus, jactari nos mari malorum omnium. Quid autem ex eâ reportamus domum? certe non aureum vellus; ſed foliolum hactenus ignoti fruticis, minime quod hic in Europa iis viribus aut qualitatibus pollet, quam quibus ſeſe Chinenſibus in China commendat; multis paraſangis cui noſtras Europæa Betonica eſt præferenda; Theé verò ipſum deinceps ubi Chamæleagnos noſtras magis magisque inclareſcet, non magis opus habemus hoc ſeculo ex Chinâ petere, quam ex Aſiâ arum, ex Ponto abſinthium, ex Cretâ Scordium, de quibus ſuperius ampliter actum eſt. Sed tandem claudendi ſunt rivoli, qui in hunc Botanicum ϛοχασμὸν influxerunt largiter.

B

Ultimo reſtat, exponam quibus virtutibus maximè ſeſe commendet Theé, ipſi pro Europæis plantis, ut vulgus putat, ſingularibus, quas dico nullas in illo ſingulares reperiri, quas non participant Europææ plantæ. (Nam vitam prorogare poſſe, fabulæ Chiniticæ aut gerræ germanæ ſunt, ut paulo ante innui.) Compendifeciſſe autem illius virtutes præ cæteris videri poſſunt *Alexand. Rhodius* ac *DN. Martinius* easque veluti reſtrinxiſſe ad tria capita: & *prima* illius virtutum eſt, ut *Alex. Rhodius* teſtatur, quod caput levet, reprimatque vapores: *Secunda* eſt ventriculum roborare: *Tertia* renes calculo & arenulis expurgare; quas *Martinius* hâc ſerie recenſet, inquiens: hujus calido potui potiſsimum adſcribitur, quod Sinæ podagram ac calculum neſciant (ut jam pridem ex textu Martinij conſtat) ac poſt cibum ſumptum omnem indigeſtionem & cruditatem ſtomachi tollat: Quin & ab ebriis adhibitum levamen iis novasque ad potandum vires afferat, adeoque & crapulæ omnes moleſtias levet, ſiquidem exſiccet ac abſtergat ſuperfluos humores, ac vigilare cupientibus ſoporiferos vapores expellat, oppreſsionemque ſomni ſtudiis vacare volentibus arceat. Hæc ergo omnia inpræſens accuratius

C tius examinanda ſunt; Quæ verò hic de illius qualitatibus temperiem ſequentibus afferuntur, ea iterum ſub incudem non revocabo, qui ſuperius defendi, totâ ſubſtantia gratum eſſe Theé cerebro, ſed docui quoque ex ſingulari & rara obſervatione, betonicam ejusdem eſſe genij, aut indolis.

Primò tribuitur Theé quod crapulæ moleſtias levet, ſiquidem exſiccet ac abſtergat ſuperfluos humores (loquor cum prioribus recenſitis authoribus) eadem & præſtat betonica; aſt quod ſoporiferos vapores expellat, oppreſſionemque ſomni ſtudiis vacare volentibus arceat, tale quid de myrto verâ frequentius, quam Betonica traditur, ut ex prioribus conſtat, quamvis etiam ipſa betonica, ut mox palàm fiet, adverſus ebrietatem commendetur.

Secunda Theé in aquâ caldâ macerati virtus eſt, ventriculum roborare; roborat & quidem inſignite Betonica ventriculum.

Tertia renes calculo & arenulis expurgare; hinc ut *Martinius* loquitur, Sinenſes podagram & calculum neſcire; inſigniter & Betonica
D renes calculo & arenulis expurgat, quod dum facit etiam unà à podagrâ & arthritide nos præſervat. Cæteræ qvalitates Theé, quas ex aliis authoribus ſupra recenſui, me non morabuntur hic loci, diutius ut comparem cum Betonica: ſed ſi volupe eſt Tibi, hiſtoriam Betonicæ, *mei Quadripartiti* evolve, *& Antonij Muſæ libellum de Betonica* l. c. illi inſertum replica, qui teſtatur Betonicam tantum poſſe effectu, ut etiam ſeptem & quadraginta morbos remediet, licet fieri poſſit, ut omnibus vitiis prodeſſe queat, quod nondum aſſeverare de ſuo Theé Chinenſes auſi ſunt. Longe ergo laus Theé Aſiatici infra Betonicæ Europææ ſubſidet. Author verò tibi Antonius Muſa eſt loco citato §. 31. *Ne fias ebrius, Betonicam prius ſumas*; (proh! qualem laudo Virum, non erronem Medicum, aut Receptorum conſcribillatorem, compilatoremve, aut pharmacopæorum ac Chirurgorum mancipium, ut in programmate meo, de Regiæ ac Nobiliſſimæ Artis Medicæ abuſu cum *Celeberrimo Arniſæo Mari Agrippæ ipſius Cæſaris Auguſti generi Archiatrum*, cuique teſte Svetonio pag m. 102. cum Auguſtus illius opera ex ancipiti morbo convaluiſſet, ſtatuam ære collato, juxta ſignum Æſculapij

ſtatue-

ſtatuerunt) quibus verbis teſtatur Muſa prohibere crapulam, & per conſequens à ſomno nos vindicare, tota ſubſtantiâ ſuâ, uti puto, æquè ac Theé cerebrum reficientem. A Atque utinam magni uſus & multæ experientiæ hic Cæſarius Medicus nos docuiſſet una ad expellendam ebrietatem, uſurpandi Betonicæ modum, tum demum Europæis omnibus perſuaderi poſſet aut certè iis, qui præſupina negligentia ſuperſedebunt, usque adeo accuratè vel colligere, vel à majuſculis foliis minora & teneriora ſeligere, vel artificiosè exiccare, contorquere ac conglomerare ſive manibus, ſive digitis, Chamæleagni aut myrti noſtratis folia, ac ſuum Theé Chinenſes, ut non faſtidirent, noſtratis Chamæleagni foliorum decoctum, fruticis præſtantiſſimarum virtutum, ut ex prioribus conſtat; vel ſi obſtinatè alij protererent, ac conculcarent noſtratem Chamæleagnum, aut ſibi metuerent ab illius uſu, (qui tamen per ſecula clarus incanuit, præſertim apud noſtrates & inferioris Saxoniæ cives & ruſticos; Theé cum novus ſit) Betonicam iis maximopere commendari, eamq; Theé veluti ſuccenturiari commodiſſimè poſſe auguror. Verum ſi Medicus Europæorum alicui, imò infimæ ſortis homini, v. g. cerdoni, B Lanioni, fulloni, carbonario, ſalſamentario imperaret Betonicam in aqua macerandam, eamque poſt dein noctu interdiu frequentiſſimè (ut Martinius de Chinenſibus perhibet) caldam propinandam, næ ille indignaretur, diceretve, torvè tuens, ſervaret ipſe ſibi balneariam iſtam aquam Medicus; Wann er wolte Badewaſſer ſauffen/ wuſte er es ſelber wohl zu kochen/ vnd darzu hätte er keines Arzten Raht oder angeben vonnöthen. Ego verò quid dicam, aut commemorabo? Theé bibendi aut ejus utendi modus ſolùm quia novus, imo ipſorum Chinenſium Patrum aut avorum memoria incognitus aut ignotus, quia exoticus, quia peregrinus, & quia ex Aſia in Europam immigravit; hinc Europæis civibus, ſummatibus Viris atque infimatibus, decoctum Theé, illorum palato adeo gratum, quaſi nectar vel biberent, vel Ambroſiâ, aut ipſa ætherea veſcerentur aurâ, ingrati, amari, & ſubaſtringentis quod eſt ſaporis. Idem de Chocolata Inda & Cahvvæ Perſarum aqua aſſerendum eſt, & hæc tria decocta palato noſtro vulgò aliàs non gratiora ſunt, quam vilium pyrorum Europæorum decoctum, & ut verbo dixerim vnd ſchmecken das Geringſte nicht beſſer/ als eine geringe Hochteutſche Hotzel-Brühe oder Suppe.

C Hic verò loci, cum Medicinæ Candidatis paulò superius *de Chocolata Antonij Colmeri de Ledesma opusculum* legendum commendarim, eosdem expectare à me mihi videtur, paucula quædam de Cahvvæ aquæ præparatione & usu plerisqve illorum adhuc ignotis afferam, quibus perlubenter gratificabor, præsertim cum, qvod ego sciam à nemine sive Botanicorum, sive Medicorum, ex instituto, sed sparsim; & intercisè solum Cahvvæ historia tractata sit; qvos moneo hoc loco meminerint non solum Chocolatæ, sed qvoqve Cahvvæ potionem parcius cōmendare, præsertim delicatulis, (qvamvis utriusqve vires & qvalitates non ab doctis & rudibus in restionibus, aut fœce plebis infimæ, sed vel primariis civibus maximo commendentur opere;) Qvippe *Hieronymus Benzo*, qvi teste *Dalechampio lib. XVIII. Hist. general. plant. Lugdun. edit. cap. XCIII. p.* 1857. miles aliqvot annis in novi orbis, seu Americæ provinciis vixit, testetur: *Porcorum eam verius esse colluviem, quam hominum potionem*, qvi cum Nicaraguan in America provinciam peragrasset, plus qvam integrum annum ab tali lora abhorruit; sed cum ipsi vini copia
D non esset, ne semper aqvam bibere cogeretur, alios imitari didicit. Ea sapore aliqvantulum amarô satiat & refrigerat corpus: minimè tamen inebriat. hæc præcipua & carissima merx earum Regionum est, neqve qvicqvam aliud Indi majore in pretio habent, ubi qvidem in usu est. *vid.* in hanc sententiam etiam *Carolum Clusium lib. 2. exoticor. cap. 29. pag. 56.* itemqve *Anonym. auctarij in Dod. Authorem.* Sanè ego cum Benzone ei puram aqvam longe prætulerim, aut bibere malim qvam hoc ingratum *κέρμα*: *Quo æquè ac Coffi itemq; Theé* Europæi, modo vellent, citra ullam jacturam valetudinis carere possent. Atqve utinam vel singulorum, vel omnium horum usu & præsertim nimio eam non irent corruptum, medicamentis diversarum partium & tota substantia agentibus, atqve adeo non ratione, sed teste Gal. per empiriam inventis. Atqve hæc & similia faciunt (qvorum etiam mentionem feci in histor. Tabaci) qvod hoc seculo vel omnino novis vel contumacioribus corripiamur morbis, de qvibus in commentariis veterum nihil relatum est. Hinc prudentissimè *Nostras Bartholinus polyhistor*, loco paulo ante ex Cometa illius præclarissimæ eruditionis citato præcipit: pag. 146. *Proscriben-*

ſcribenda eſſe aromata, bellorum in Europa & in corpore incendiorum cauſa. Per vices vero foliis coluthea, fumariâ, naſturtio &c. ſangvinem eſſe emundandum. Antidotum eligendum familiaris uſus, non Theriacam, cujus ad fabæ magnitudinem manè ſumebat ANTONINUS Imperator, nec Mithridatium, quia & calore nocent, & nobis aliena; ſed conſervam Roſarum noſtrarum, Rob ſambucinum, electuaria Calendulæ, Morum Norvvagicam & cæterarum herbarum inquilinarum temperamento noſtro convenientium. Sed diductius tractari ea hic loci non poſſunt. Verum uſus herbæ Theé, ſi recens ex China in Europam inferri poſſet, præ reliqvis duobus medicamentis Chocolada & Coffi tolerandus adhuc eſſet; aſt Coffi minimè omnium, ceu cujus decoctum Chavvæ, corpora, animosqve Perſarum omnino effœminat, qvos cum imitamur, hoccine eſt indurare corpora, qvod ſtudium in Germanis nobis tantopere olim *Jul. Cæſar, & Cornel. Tacitus* prædicarunt? A

Ex ſuperioribus cum de abuſu Tabaci agerem, notum ex *Viganeni libro de moribus Turcarum* Amurethem IVtum Orientalis imperij Tyrannum ideo ſubditis ſuis capitali edicto interdixiſſe omnem Tabaci uſum, qvod veritus ſit, ne nanciſceretur ſteriles ſubditos. Et nos Europæi incauti ob uſum Cahvvæ aut Coffi aqvæ, aut decocti pergemus, ut ita dicam emaſculare nos inſtar Perſarum, qvi ſterile conjugium fœcundo præferunt, longè Europæis, *Teſte Oleario*, libidinoſiores. Qvi valeant, & ſuum ſibi Coffi, aut Cahvvæ aqvam habeant, ſorbeant ad ſatietatem usqve, dum inepti conjugio ſint. Sed de hoc admirando effectu mox iterato agetur. B

Cæterum cum apud laudatos authores l. c. Cacao ſive Cacavate fructus, qvi amygdalas repræſentat (hinc Bauhinus in pinace p. 442. arborem illius appellat amygdalis ſimilem Gvatimalenſem) & baſis modo recenſiti κέρματος ſeu Chocolatæ eſt, figuræ aut icones ſatis graphicè cœlatæ ſint, imo etiam eædem apud *Tabernæmont. lib. 3. cap. XVI. p. 1338. ultimæ ſeu Anni 1664. editionis* exſtent, ſuperſedeo lubens novè eas cælandi ſtudio; qvi contra potius dedita opera, id ſtudui, cum ſemen Bon vel Ban, qvod & Buna vel Buncho, imo & Bunca etiam dicitur, ſeu ex qvo potius Coava, Caova, Cavve, Choava Cahvvæ, (qvi procul dubio

C corruptus, Coffe, vel Coffi Gallis, Italis, Britannis, Belgis ac nobis hodie audit) paratur, neqve *Dalechampius lib. cit. cap.* 31. *p.* 1794. *Clusius lib. cit. cap.* 31. *p.* 236. *neq; Anonymus in Dod. Author pag. m.* 1144. id semen omnibus numeris absolutum aut exasciatum nobis exhibuerint, ut ego ad vivum illud depingendum ac sculpendum curarem, atqve ita illius iconem laudatorum authorum substituerem, qvam B. L. inter alios fructus herbarum ac fruticum folia, post historiam Cochleariæ mei Qvadripartiti Botanici Classe tertia reperiet Nō. XI. XII. & 11. 12.

Sed qværat ex me Medicinæ Candidatus, ad qvam simplicium classem hæc planta referenda, an ad herbarum vel arborum, qvæ Bon semen profert ex qvo Chavvæ aqva paratur: cujus etiam *celeberrimus Olearius lib.* 5. *itinerarij Persici cap.* 17. *p.* 597. mentionem facit. Sane rei herbariæ imperitus, facile eo abiret; ut cum ille id cum semine frumenti Turcici, seu frumenti Indici Mays Bauhino dicti vel etiam nostrate tritico comparet, sciscat esse herbam, cum tamen non, sed arbor sit, cujus hæc sunt verba; **Bey dem Tobacktrincken haben sie** (nempe Persæ) **daß heisse D schwartze Wasser** Chavvæ **alsbald zur hand. Ist eine Frucht/so sie auß Misser oder Egypten bekommen/an der** substantz **dem Türckischen an äusserlicher Gestalt unserem Weitzen nicht unähnlich/ an grösse aber einer Türckischen Bohnen gleich/ gibt weiß Mähl. Die Körner braten oder brennen sie vielmehr in einer truckenen Pfannen/reibens klein/kochen es vnd trincken das Wasser/ es hat einen brandigen vnd vnanmuhtigen Geschmack. Es soll sehr kälten / vnd die Natur vnfruchtbar machen/deßwegen es die meisten trincken. Wann man aber solches** Chavvæ **Wasser zu viel gebraucht/sol es die fleischliche Begierde gantz außleschen.** Hactenus ille. qvod autem semen Bon vel Ban ex arbore ipsi cognomine, & sui generis colligatur; unicus nobis instar omnium oculatus testis est inclutissimæ famæ & immortalis nominis *Prosp. Alpin. lib. de plantis Ægyptiis cap.* 16. *pag.* 63. qvi in Ægypto aliqvot annos Medicinam exercens, hanc arborem vidit in Viridario *Haly Bei Turcæ*, cujus integram descriptionem, illiusqve iconem l. c. itemqve apud *Ebrodunenses Herbarios Tomo primo lib. 4to. Histor. plantar univers. cap.* 5. *p* 422. reperies. Cum ergo Alpinus hanc arborem cum Euonymo nostrate comparet, ac ei similem esse doceat, hinc *incomparabilis Botanicus Casparus Bauhinus in pinace suo p.* 428. qvarto seu ultimo loco inter Euonymi species collocat, & eam appel-

appellat: *Euonymo ſimilem Ægyptiacam, fructu baccis lauri ſimilem, Bon vel Ban ex cujus ſemine Ægyptij potum Coava conficiunt.* Qvibus ut ſane hic fructus ſimillimus eſt, figuram, corticem illiusqve colorem ſi ſpectes; ita longe magnitudine baccis lauri cedit. Qvi meo arbitratu omnium optime proin cum ſemine admirabilis Peruvianæ deinceps comparari poterit, illi in omnibus ſimillimo; cujus decoctum orientales Nationes Ægyptij, Turcæ, Perſæ ad roborandum ventriculum frigidiorem, adjuvandamqve coctionem; & ad auferendas viſcerum obſtructiones, itemqve in tumoribus hepatis lienisqve frigidis, ac antiqvis obſtructionibus felici cum ſucceſſu multos dies experiuntur. Qvod etiam, eodem Alpino teſte, uterum reſpicere videtur: ipſum enim excalfacit, obſtructionesqve ab eô aufert. ſic enim in familiari uſu eſt apud omnes Ægyptias Arabasqve mulieres, ut ſemper, dum fluunt menſes, ipſorum vacuationi uſus hujus decocti ferventis purgato corpore multis diebus utiliſſimus ſit. vid Alpinum. Obiter autem noto, ob hos effectus, (uti Perſæ putant, ut *ex Clariſſ. Oleario* docti ſumus) minimè Cahvvæ aqvam eos frigefacere niſi qvoqve agnum caſtum, etiam ſterilitatem inducentem, frigidâ eſſe temperie dicamus. Sed mox enodabitur hoc dubium. Optandum verô celeberrimo *Johanni VVeslingio* tam licuiſſet eſſe felici, etiam in Ægypto qvi peregrinatus eſt, ut in viridariis Ægyptiorum arborem hanc conſpexiſſet, & næ ille accuratiorem illius deſcriptionem, qvam hactenus deſideramus, nobiſcum communicaſſet! Qvi in commentar. modo laudati Alpini pag. 21. teſtatur, fructum illius ex Jamin ſeu Arabia feliciori in Ægyptum deferri, & potum ex hujus decoctione paratum in aliqvot mille tabernis in urbe Memphi divendi, qvem vide; itemqve Proſperi Alpini librum ſingularem de *Medicina Ægyptiorum lib. 4. cap. 3. p. 123. b.* ubi de decoctis, qvibus Ægyptij tum in ſanis, tum in ægrotis corporibus utuntur, agitur, & qvidem primô locô decocti Choavæ dicti, ex tunicis ſeminis Bon; ſecundo ex ſemine torrefacto & contoſto, præparationem ſatis accurate deſcribit, qvod frumentum, ſecale, hordeum aduſtum Europæum, vel etiam piſa noſtratia in prunas conjecta ac uſtulata redolet. Defendit autem perdocte Alpinus, modo dicta ſemina Bon, ex duplici ſubſtantiâ, altera craſſa & terrea, qva cogunt-

C et roborant; altera calida in tenui ſubſtantiâ fundatâ conſtare, qva calfaciunt, abſtergunt, obſtructaqve aperiunt. Qvæ ut ſiccare valde conceſſerim, ita cur in iisdem frigiditas modice prævaleat, ut Alpinus vult, capere non poſſum. Tota enim ſubſtantia ea agere, & ratione ſalis & ſulphuris utriusq; generis modo recenſitos effectus edere, rationi valde probabile videtur; ob ingratum nempe cum odorem tum ſaporem. Sed corrigi hic ſaccharo traditur. Sic eſt. Nam Weslingius docet, *non deeſſe, qui ſaccharo potionis amaritudinem diluant, nucleumq́ fructus integrum ſaccharo incruſtatum inter bellaria ſua debellent. Neque id in Ægypto tantum ſed & finitimis etiam vaſti illius imperij provinciis uſu frequentiſſimum exiſtit. Quæ res & pretij magnitudinem induit, & inter Europæos utiliſſimi alioquin medicamenti raritatem efficit.* Qvorum poſterius, nempe quod Europæis utiliſſimum hoc ſit medicamentum, Weslingius defendat, non ego, qvi diverſus ab illo abeo. Sic non ſolum Cahvvæ aut Coffi decoctum, ſed Chocoladæ, deniqve herbæ Theé Europæi condire ſaccharo inſtituti ſunt, manifeſto argumento, non tam eos ſollicitos eſſe indagent, qvantum adverſus recenſitos ſive morbos debellandos, ſive D ad conſervandam valetudinem omnia vel ſingula hæc valeant, qvam ut ſolum ad recenſitorum Aſiaticorum & Americanorum conſvetudinem fallendi temporis, cœlum palati aut fauces decocto ſachari edulcati titillent.

Sed Theéphilorum qvis, (nam ad illos me in præſens recipio) mihi hic regerat: Tune recordaris Tulpium docuiſſe, ipſos Chinenſes in infuſo Theé pauca ſalis ſaccharive grana diluere? Probe, inqvam, horum omnium, Te etiam me non monente, recordor: Verum hic non qværitur qvid fiat? ſed qvid fieri debeat, non qvid gulæ inſerviat, ſed qvid naturæ conducibile, ſive ad conſervandam bonam, ſive ad corrigendam adverſam valetudinem. Qvam rectè ergo Chinenſes in fuſo Theé ſaccharum remiſceant, ipſi viderint, ſalem non improbo at ſaccharum omninò. Qvam peſſimè verò noſtrûm Europæorum, & præſertim Septentrioni ſubjectorum valetudini conſulatur, dum ſinapi & embammati ex aceto & Raphano majori, ſaccharum remiſcemus, qvo præſervemur à ſcorbuto, hujus ingentis erroris mentionem feci in hiſtoriâ Sinapi,

napi, *in Classe tertia mei Quadripartiti*, pertractatâ, & ob eandem rationem saccharum si remiscueris infuso Theétato, illius vires infringis, & res eo propemodum redit, simplicem coctam Europæam haud medicatam aqvam, sed sacchario solum edulcatam ut ebibas. Egregiam mecastor medicinam adversus ebrietatem dico posteritati commendandam! Sed an putas, me Te illudere Arge Philalethes; minime: Lege authores priscos & recentes, qvi de aqvâ commentati sunt, aut obiter illius mentionem fecerunt: nemo eorum negabit, si ebrius frigidam biberit, qvin ea ebrietatem dispellat aut fuget; imo eadem etiam ebrietatem insaniæ similem discutit, si testes aut scrotum linteis frigida madefactis involvantur. Qvid ergo? qvid opus est hunc in finem, tantis sumptibus, terra mariqve, ex Tartariâ, ex Chinâ, ex Japoniâ Theé petere? ad qvid ista non ferenda prodigalitas, aut pecuniarum profusio; nonne longè satius esset pauperibus, qvam in eos usus ex crumenis nostris istam erogare pecuniam? Sed Persius olim veridicus, dum ita indignatur A

O curas hominum quantum est in rebus inane!

O tempora! ô mores Europæorum, diversissimos ab iis qvos olim Hippocr. noster l. c. descripsit, nondum Asiatica mollitie corruptos! Verum concedi Europæis Theé saccharo edulcati vel non, usus posset, liceretqve illis imitari Indos, noctu, interdiu seu ab occiduo usqve ad Solem orientem caldum id bibentes, modo nobis Europæis cum Asiaticis communis esset diæta; (qvo nomine sex res non naturales dictæ, ut sunt: 1. *aër*, 2. *cibus & potus*. 3. *excreta & retenta*. 4. *Motus & quies*. 5. *somnus & vigilia*. 6. *Animi pathemata* intelligendæ sunt, medicarum phrasium ignaris) qvæ qvam diversissima à nostrati seu Europæa sit, id pressius agenti mihi pluribus hic loci demonstrare non licet; lege *R. P. Martinium* ac priores alios authores, qvi in Indiam commentati sunt, & præsertim popularis mei *Nobilissimi à Mandelslo Indiam Orientalem*. Ast qvem fugit, Hippocratem nostrum, Virum in omnibus admirandum, compendifecisse ea omnia in libro superius à me citato, cui titulus de *aëre, aquis & locis*, prudenter tria hæc conjungentem, aut subjungentem ea uni titulo, qvæ ratione magis, qvam reapse aut ipso actu (nolo hic cavilleris argute Arge Philalethes) separantur. Sic cum aër suas & sibi B

pro-

C proprias, aqva ſuas & ſibi propriás; terra ſuas & ſibi proprias atomos poſſideant, iisqve perpetuo veluti halent fumentqve, aut de ſe eas ſpargant, & veluti evibrent, & qvidem *ad immenſa ſpatia* diffundant, ut cum *Celeberrimo noſtro Bartholino*, amicorum intimo ex illius Cometa p. 19. loqvar, docente poſt *Erycium Mohyum beneficio atomorum ad* 1000 *milliaria propagari ſphærā actionis ſympatheticæ &c. &c.* accidit, ut circa æqvinoctia & ſolſtitia, qvo tempore ſubitæ in ſignifero cœli orbe mutationes fiunt, dum Sol appetit ac recedit igneus in loco terræ proprio qvem regionem appellamus, illæ ipſæ atomi terræ aqvæ ac loci ſeu Regionis, adjutæ igneis Solis atomis, vel crudæ qvaſi circa Ver, ipſa in terra qvidem, terræ calore utcunq; coctæ, ac nec dum ſufficienter Solis calore attemperatæ erumpant; vel qvæ æſtate ſeſe in autumnum præcipitante, nimis exuſtæ, & qvaſi toſtæ, ſulphureæq;, ſed graves ſuis deorſum ponderibus tendentes ſeſeque præcipitantes variè omnem ſexum ætatemqve alterant. Qvid qvod? vel vernis menſibus ejusmodi exhalationes aut ſulphureæ atomi qvandoqve cœlo præcipitentur: Cujus rei inſigne exemplum S. R. M. *noſtræ, Summus Belli Dux præſidiariorum militum Norvvagicorum, Peril-*
D *luſtris Heros* DN. NICOLAUS ab ALEFELD, pro ea qva adverſum me eſt ſingulari & humanitate & benivolentia, interprete ac parario *Johanne Martino Stobæo* Medico practico & inſigni Chymico, pronuper ad me perſcribendum juſſit. Nam cum Fridericicopoli Norvvagiæ hujus anni 1665. 19. Maij inter qvintam & ſextam veſpertinam, inſolens tempeſtas oborta eſſet, tonitru horrendo & denſis nimbis intermiſtis, cœlo cecidit ſulphuri ſimillima materia, qvæ poſtmodum aqvis innataſſe, necnon terram conſperſiſſe, imò eam qvaſi obduxiſſe viſa eſt. Qvam cum decenter tractaſſet DNus *Stobæus*, exiccaſſet, cribraſſet, cribratam in tigillum conjeciſſet, is obſervavit, eandem, ſimul ac leniter ſolum incaluiſſet, ſpirare fœtentem fumum, colore ipſi ſimilem, qvem inter deſtillandum nitri ſpiritus induit; qvæ tamen ſulphurea materia ne qvidem fortiſſimo igne eo adigi potuit, ut fluxa evaderet aut flueret. Qvæ anteqvam eum ſuſtinuiſſet graveolens viliſſimum pulveratum ſulphur, poſtmodum inodora, fulvæ arenæ ſimillima evaſit: Qvæ an ſale qvodam fixo adhuc prægnans ſit, id porro indagabitur. Refert idem author in ſuis ad me

datis

datis literis, qvod si ab igni fortissimo in tigillo candenti huic materiæ, A tantillum recentis, qvantum mucro cultri capit, fuisset adjectum, eam sponte sua fuisse incensam aliqvo modo detonuisse, ac crepuisse exhalantem subrubicundum fœtentem fumum. Hanc crudæ sulphureæ materiæ aut terræ portionem, postero die *DN. Stobæus* per se aut sine ullo additamento sublimare periclitatus est, qvo certo sibi constaret, an flores sulphuris ex eâ parari possent, sed irrito conamine. Nam licet decenter seu per ignis gradus incanduerit ea, nihil florum, sed solum & primo halitus, qui in alembico subrutilus apparuit, in aqvam fusco & ferrugineo colore abiit; post dein auctiori igni, spiritus comparuere albidi, qvi in ei similem colore aqvam commutati sunt, qvæ subacri sapore, & satis gravi esse odore inter destillandum adverti potuerunt, unde sale volatili sui generis, sive hos spiritus, sive albicantem aqvam prægnantes esse, concludendũ, meritissimò *Eruditiss. Stobæus* sciscit. Qvid qvod pluviam, qva depluit tonans æther, idem author in suis ad me datis literis testetur, sulphur redoluisse; inde perdoctè statuit ex hac observatione, secundum mentem Chymicorum, doctrinam de generatione fulminis B ejusq; causis confirmari posse. Idem materiã aut terram hanc sulphureã infudit spiritui Terebinthino, cùm non qvodlibet, agat in quodlibet, & sulphurea sulphureis &c. digessitque eam, qvæ blandissimo igne 1. Junij subluteo colore liqvorem infecit, odore balsamo sulphuris persimilem, deqvibus omnibus ampliter hic non disseram: Certus qvi sum miracula non edi amplius hac mundi senecta; ast Deum causas secundas vel in pœnam vel solatium nostri pro immensa in nos bonitate disponere. Unde accidit, ut naturaliter circa Ver & autumnum, aut utraqve æqvinoctia vel etiam solstitia omnis generis morbi, & præcipuè vel endemij v. g. scorbutus; vel epidemij, v. g. morbilli ac variolæ, pestis ipsa nos infestent: Eaqve sæpè tamen non latius serpat, qvam v. g. Pomerania, Megapolis, Holsatia, Cimbria sese extendunt, sæpe etiam vel solam & unicam civitatem occupet, cujus insigne exemplum in Hamburgo & Amstelrodamo celeberrimis emporiis habemus. ceu qvas utrasqve omnes novimus pestilenti sidere 1663. & 1664. fuisse afflatas, sed per Dei clementiam non infecisse tamen Daniam, Svveciam, Britanniam, Galliam: de-

C niq; nec Germaniam, undiq; has provincias, Holſatiam, nempe & Hollandiam, & in iis nobiliſſimas has Europæas civitates circumdantes, ac qvaſi circũvallantes. Sed cum eadem peſtis ex Africa feratur, primũ immigraſſe in Europã, ita ut non in Europa ipſa nata & qvaſi educta ſit, valde rationi probabile videtur, aëris ſalubritatem modo recenſitorum Regnorum, correxiſſe Deo benedicente ceu cauſas ſecundas pravas illas ſalinas & ſulphureas atomos, qvæ primo cives Amſtelrodamenſes, poſt dein Hamburgenſes peſſundederunt. Cæteroqvin indifferenter in omnibus partibus orbis aut hujus univerſi tria illa recenſita, nempe aër aqva & locus ita variant, & vel amice in unum veluti effectum conſpirant, vel etiam ſibi ita contraria ſunt, ut nulla, & ne qvidem ſpatioſa Regio alteri confini & conterminæ in omnibus ſimilis ſit. Sic Vineæ in Germania vinum omnium optimum ad Rhenum nobis ſufficiunt, & tamen illud qvod ex tractibus illis, qvos Rhenus & Mænus alluit aut præterfluit, longè lateqve exportatur, oppido variat, & alterum alteri bonitate cedit. Sic in Palatinatu omnium optimum ad pagos Stech/Dibag/
D Maccebach/vindemiatur, qvod ad alios ejusdem tractus non item. Sic in Moguntino tractu vina Hochheimẽſe, Lobenheimẽſe, Weiſennachenſe, præ aliis vinis ejusdem Archiepiſcopatus v.g. Bingenſi, Lorechenſi, Andernachenſi, primas tenẽt. Qvæ vina omnia Rhenana & audiunt, & ſunt; aſt ſingula illa ſingulari colore, odore, ſapore, ſapore, ac cum aliis non communibus ſeſe commendant. Sic inter Gallica vina vinum de Couſſy, d' Haij & ſimilia probata ſunt: contra Aurelianenſe peſſimum audit, adeo, ut teſte *Quercetano in Diætetico ſuo c. 6. p.* 106. teſtetur: In Galliarum Regis œconomina *ſancitum eſſe lege domeſtica, ne œconomus, cum ad hoc munus vocatur, Aurelianum vinum Regiæ Majeſtati duſit propinare; Quod bona fide & jurejurando ſe præſtiturum promittit; Etſi Aureliana vina inter cætera ſapore quamſvaviſſimo exhalant.* Eadem ratio cereviſiarum eſt. Sic Roſtochi ſolum genuina Roſtochienſis? Wiſmariæ Wiſmarienſis: Lubecæ Lubecenſis: Hamburgi Hamburgenſis cereviſia coqvitur. Sic placentæ qvæ extra Noribergam parantur, qvia farina & aromata non ſubiguntur aqva Norica, qvæ omnia veluti illarum elementa ſunt, nunqvam in tota Europa adeo grati ſaporis præparan-

tur.

tur, qvam qvo ſunt genuinæ illæ Noribergenſes. Et hoc eſt τὸ ἄῤῥητον, qvod adeo Philoſophos torqvet, & exercet: Et hæc qvoqve, nempe aër, aqva, & locus in cauſa ſunt, ut nunqvam decoctum Theé eos edere poſſit apud nos Europæos, qvàm Aſiaticos, aut in ſpecie Chinenſes effectus. Imo juro tibi mentem injuratam minimè gerens, ut apud Euripidem eſt: qvamplurimos Magnatum Nobiliſſimi hujus Regni mihi retuliſſe, ſe non percipere potuiſſe magnificas illas ac ſplendidè laudatas decocti Theé virtutes, neu ſomnum id prohibuiſſe, nec ſe ad labores tolerandos alacriores redditos. Unus tamen itemqve alter, catarrhis obnoxius, mihi faſſus eſt, ſe ab ejus decocti uſu, longè melius, qvam antidhac habuiſſe. Sic fando accepi, qvendam Regium ad Belgas Legatum, cum antea δυσηκοΐᾳ ſeu gravi auditu laboraret, uſu jugi decocti Theé, Hagæ Comitis ſibi procuraſſe auditum, Naturæ congruentem. Ipſus in me ipſo comperi, decoctum hoc eſſe diureticum; Eſto. Non tamen diffiteor, unum itemqve alterum eorum, qvi longe lateqve non ſolum in Europa peregrinati ſunt, ſed qvoqve in India Orientali, qvi mihi ſanctè affirmarunt, infuſum Theé certò experimento diſſolvere ebrietatem in Japoniâ potum, itemqve ſomnum omnem citra diſpendium virium abigere, ſed ſi recordaris priorum, ſuperius laudati authores idem affirmarunt, qvem tamen effectum hic in Europa edere non advertimus. Ego verò ut advenæ in Muſcoviam feruntur vini aduſti ingentem copiam bibere, aut ingurgitare poſſe, ceu arcus aqvam bibit, qvæ eos in Germania vel aliis Regionibus enecaret; ita ſciſco in China, Japonia &c. decoctum Theé cæteris adjuvantibus & concurrentibus in unum effectum, cauſis, potiſſimum ſingularem hunc edere effectum, in aliis Regionibus aut Europæis non item: Atqve omnia hæc decoctum Betonicæ præſtare pote eſt, herba nulli Europæorum ignota, Theé qvid ſit, modo ſtudium non improbes meum, neu rejicias meum ϛοχαϛμὸν Botanicum, aut Theé nolis eſſe noſtratem Chamæleagnum, tu me doce, qvid tandem ſit Theé

-- -- -- *& eris mihi magnus Apollo*

Sed ad finem mea properat oratio, ſolùm de Indorum ac Chinenſium victu ac genio, aut moribus paucula afferam. In genere autem videor

C dear mihi me observasse, Indos humectantis victus esse studiosos, quo Solis æstus temperent, & fructibus arboreis v. g. cerasis, oleraceis herbis, piscibus, ostreis, astacis, cancris magis qvam aliis cibis vesci. Ut taceam *R.P. Michaelem Boym* Societatis Jesu Sacerdotem in Flora Sinensi mentionem injicere variorum fructuum, qvorum qvosdam Natura cœlo Europæo omnino denegavit, qvosdam etiam Europæis similes, aut eosdem Sinensibus indulsit; qvorum priores aut similes aliæ Indiæ Orientalis deliciæ, qvin [ut semel atqve iterum innui in hoc meo στχασμῷ Botanico] occasionem dare possint novis in Europa morbis nullus dubito: sed audiamus R. P. ipsum loqventem: *Regnum hoc Sinense* (inqvit) *orbis compendium aut annuli, h. e. orbis, gemmam rectè dixeris, in quâ scilicet plus pretij, rerumq; reperturus es, quam in reliquo, ut ita dicam, orbe toto. In australi plaga majores fervent æstus, ubi omnes Indiæ fructus lecti proveniunt uberesq;: Palmarum nuces, Musæ, Mangas, Ananas, aliiq;: in Boreali verò parte uvas fert, ficus, castaneas, nuces alias omnis generis, Poma Persica, Cotonea, Pyra varii generis.* Vides interim, qvam provida Natura, qvod in australi plaga Indiæ omnino ignotos Europæ fructus, in Boreali verò Europæ non ignotos, & cœlo Europæo congruentes profeD rat; Cur? Nam in priori seu australi æstus fervent; in Boreali non item. Vides ergo ipsam Naturam veluti repagulo objecto, nos aditu prohibere ad ignotos illos fructus, tanto terrarum spatio ab Europa natos, ut contra iis in finibus Europæ conterminis natis fruamur, qvorum ultimo loco R. P. Boym mentionem fecit. Nam qvod præcipiamur qvandoqve ad insveta transire, id omnino locum hic non habet, Europæi enim sumus, Europæa qvoqve utamur diæta, ceu cibo & potu cœlo nostro congruis, qvod etiam alio loco docui. Hinc vulgare illud, si

— — *parva licet componere magnis*

urbem nempe, cum universo orbe, vel hic locum habet;

Si Romæ fueris Romano vivito more,
Si fueris alibi vivito sicut ibi.

Hæc cum commentatus essem, ac Amanuensi meo Filij loco dilecto Adolescentulo *Johanni* Wohlers *Hamburgensi* describenda tradidissem; Contubernalis verò illius, Filius meus charissimus *Christianus Paulli Hafniensis.*

niensis ea legisset, putavit è re sua esse in mei honorem priora de variis potibus, aut qvæ illorum loco veniunt, seqventi modo omnes qvatuor orbis partes, qvas inter Europa Regina est, ceu Deas inter se altercantes de præstantiâ potus universi orbis Poetico more introducere. A

Orta Deas inter lis qvondam maxima, potus
Laudibus illa suos tollere & illa suos.
Theé fautrix ASIÆ jactabat China saporem,
Ostentant *Cahvva* Persica Regna suum.
AFRICA tunc *Coffi Serbetq;* adducit, utrumq;
Instar divini nectaris esse putat.
AMERICES laudant *Chocolaten* Regna, Tabaci
Sæpius est, clamant, dulce vapore frui!
Stabat ab EUROPÆ *Cervisia* partibus orbis,
Ac in eâ *variô* quæ fluit *uva merô.*
Hos summo cernens Æsclapius æthere motus,
Hinc ait, hinc absint jurgia vana procul.
Quæque suos potus sibi servet terra; *Tabacum* B
Quivis fumanti, dum lubet ore trahat:
Et cuivis liceat plenis haurire cululis
Serbet Theé, quivis fortiter usq; bibat.
Ipse EUROPÆIS *Vini* commendo liquorem,
Hôc uti modicè qui valet, ille valet.

Næ ergo veridici Saxones seu Megapolitani mei, qui ne latum quidem ungvem discedere à consvetudinibus Europæorum, illorumque diæta, neu pedem extra Europam efferre, quo gulæ inservirent, aut externas convehere delicias visi sunt, dum olim dicere, aut in ore hæc habere sunt soliti:

Drinck Wiin/ und warff/
Drinck Beer/ und verdarff/
Drinck Waater/ und starff.

Latinè dixeris.

Bibe *Vinum* & lucrare,
Bibe *Cerevisiam* & emacrare,
Bibe *Aquam*, ut moriare.

Ad

C Ad quæ modo laudatus *Filius meus dilectissimus*, natus quasi annos quindecim, hoc Anacreontico allusit:

Vinum bibendo, vires
Acquiris, & ferendo
Sic aptus es labori.
Vinum bibendo, cautè
Tibi tuisque rebus
Tu prospicis, beatè.
Vinum bibendo vives,
Ingens enim parabis
Vinum bibendo lucrum.
Cerevisiam bibendo
Vires tibi labascunt,
Et robur omne perdis
Cerevisiam bibendo;
Tum teter hinc & inde,
D *Cerevisiam* bibendo
Per corpus occupabit
Te marcor, & ferendo
Impar eris labori.
Aquam bibendo mortem
Lacessis, & Charonti
Aquam bibendo tristem
Lethes scyphum propinas.
Modicè bibisse posthac
Studebis ergo *Vinum.*
Cerevisiamq; posthac
Studebis improbare.
At *Aquæ* liquore prorsus
Studebis abstinere.

Sed qvo non abeo; illud verissimum, majores nostros olim (ut hodie nostrates Islandi, Norvvagi) simpliciori victu utentes, ignaros adhuc multarum deliciarum aliarum Regionum, in seram usqve senectam, inte-

integra valetudine fuiſſe uſos, qvorum nepotes vix ubi trigeſimum, qvadrageſimum, qvinqvageſimum annum ætatis ſuperarunt, jam longe debilioribus ſunt viribus, qvam parentes aviqve; usqve adeò, ut Lyricus Vates in noſtram hanc ætatem reſpexiſſe videri poſſit, dum inqvit: A

Damnoſa quid non imminuit dies?
Ætas parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Qvid ergo ultimò illis fiet Europæis, qvi in Europa victu & amictu geſtiunt eſſe Aſiatici, Africani, Americani, atqve ita qvaſi liqveſiunt corporeis voluptatibus? qvis non vel prævidet, vel ratione aſſeqvitur? præſertim cum *Macrob. lib. 7. Saturnal. cap. 4. p. m.* 488. ubi defendit, cibum ſimplicem præferendum eſſe multiplici, ut qvi ſit digeſtu facilior, referat, qvod Socrates ſvadere fuerit ſolitus, illos cibos potusve vitandos, qvi ultra ſitim famemve ſedandam producunt appetentiam,

Atq; *herba Theé potus &c. &c. ultra ſitim famemve ſedandam, producit appetentiam ex decreto Chinenſium,* B

E. *illius ſeu Theé potus vitandus eſt.*

idem eſto judicium de Chocolatâ, Coffi &c. Sed his relictis jam ad Chinenſes iterum revertor, qvi cum aqvæ potui aſſveti ſint, & frugaliter vivant, hinc procul dubio illorum Medici, qvos longe Europæis Practicis præferre videtur, *Martinius in Atlantis Sinici præfatione pag. 7.* præcipient eis, ut decocto Theé excrementitiorum humorum, qvorum mater veluti humiditas eſt, generationem prohibeant, vel genitos eodem abſtergant, & per accidens per alvum proluant, vel etiam per urinas. Moderate enim calidum eſt Theé, ſubamarum & valde exiccans adſtringensqve, ut ex prioribus conſtat. Atqve hæ ſimilesqve rationes faciunt, qvis dixerit, meritò ut magni faciamus uſum Theé, præſertim debili ventriculo. Sed omnimode hic auſcultemus *Cornelio Celſo lib. 1. de re Medica cap. 8. p.* 47. opus eſt, cujus hæc ſunt: *Neq; credendum utiq; noſtris eſt,* (addo propria authoritate ſequutus Cor. Celſ., non tam vinum qvam Theé, Coffi ſeu Cahvvæ, deniqve Chocolatæ ſive infuſa ſive decocta poſcentibus) *qui cum in adverſa valetudine vinum aut aquam concupiue-*

C *piverunt, deliciarum patrocinium in accuſationem non merentis ſtomachi habent.* Mecaſtor elegans & venuſta eſt oratio, qvaſi dixerit: qvò ut delitientur, qvò ut ſitim expleant; immerito immerentem ventriculum accuſant; Cujus ſi qvandoqve recordarentur aliqvi, & præſertim harum Chiniticarum deliciarum Patroni (de iis enim potiſſimum hic controvertitur) ceu qvi tanti faciunt Theé, ut veluti ipſorum panacæa ſit, parcius certè id, & præſertim in non adverſa ſeu optima etiam valetudine ſorberent, vel aliis id commendarent, præſertim cum idem CELSUS antea cap. 3. p. m. 24. 25. præceperit: *Cum quis mutare aliquid volet, paulatim debebit aſſveſcere, quod enim contra conſvetudinem eſt, nocet, ſeu molle, ſeu durum eſt.* Egovero ſubſumo;

Atq; *Theé bibere Chinenſium in morem contra conſvetudinem Europæorum eſt*

E. Theé Europæis nocet, ſeu molle, ſeu durum eſt.

Hinc nos Germani aliæq; Nationes maris Balthici accolæ vel Saxones, cum non aſſveti vino, neu id temperare aqua condocefacti ſumus, in
D Galliam & Italiam advenæ plerumque febribus malignis corripimur; cur? quia omne fixum figit volatile, contra omne volatile ſolvit fixum: Hinc in venis ac medullis Germanorum, nobis vivis contentus craſſior fœculentior ſangvis, (conſtans ſalinis & ſulphureis partibus fixis & volatilibus) à mutata in Galliis diæta, accedente Solis calore & cœli diverſitate, ſubtiliſatur à Tartaro & ſulphure vini Gallici, præſertim in iis Germanis, qui diætæ in patria ac valetudinis fuerunt ſtudioſi, ſeu valetudinē diligenter curarunt ſuam; aſt qvi eam inſuper habuerunt, eorum ſangvis non ſubtiliſatur ſolùm, (ſcio me Barbarizare cum indoctis Chymicaſtris) verum etiam fermenteſcit, ebullit, ac deſpumatur, unde etiam macularum in vivo corpore omnigenarum copia, ſangvine diverſiſſimè corrupto, veluti effloreſcit, eaque nos obſiti ac picti conſpicimur, de quib⁹ ampliter à me actum *in Digreſſione mea de Febribus malignis §. 4. 5. 6. 7.* Quid quod ipſus noſter Hippocr. lib. de fract. ſect. 6. p. 700. maximè eſſe conſiderandum præcipiat, quod *Natura à Naturâ & ætas ab ætate plurimum diſtet.* Verum quotusquisque Europæorum eſt, hæc qui conſideret?

deret? Attamen commonefaccre me eos decet, ob has Medicorum Latinorum & Græcorum antiſtitum rationes, ne pergant Theé Chinitico abuti, aut ſe eo corrumpere, præſertim cum advertamus, illius virtutes haud ſuppares eſſe illi elogio aut laudibus, qvibus Chinenſes, Japonenſes &c ſuum Theé ad cœlum efferunt. Ob inſignem autem & ſingulariſſimam, (ut ita dicam) exiccandi vim, qva id præ aliqvam multis herbis Europæis pollere non diffiteor, tantum abeſt, ut longævitatem in nobis Europæis procuret, & præſertim poſt ſtatam ætatem, aut in nobis qvadragenariis, ut potius (loqvor de illius jugi uſu) ſenectam acceleret, quæ ſenectus qvaſi definitur, *quod ſit liquor vitalis, longævitate ſiccatus*, ut Macrobius lib. 7. Saturn. cap. XI. pag. 508. loqvitur Nam *ſenecta ſicca eſt, inopia naturalis humoris, humecta eſt abundantiâ vitioſi ex frigore procreati*, idem ait. Cum ergo ratione ſulphuris ſui, qvo Theé præditum, magis exiccet, qvam calfaciat verbi gratia ZZ. Cinamomum, Piper, Cubebæ, Cardamomum, Coſtus Arabicus faciunt, nonne hinc neceſſariò infertur, etiam nocere ſenibus, iisqve qvi ſicca ſunt temperie, & raræ texturæ. Atqve ob hanc ſiccam Senum conſtitutionem, qvam nullus Medicorum, arte prohibere poteſt, neqve maraſmum ſenilem, accidit, ut ſiticuloſi ſint, aut inſtar ſive Ennij, ſive Homeri vinoſi audiant, cervice ſe ſupinantes (ut Taubmannus loqvitur) pluſculum cerevisiæ adbibentes, unde illud Germanicum:

Wen een junck Mann wüſte /
Wo eenem Olden een Drunck lüſte:
So wurde he ſpaaren /
In ſynen jungen Jahren.

Idem jambi hi ſenarij Filij cariſſimi his verbis indicant:

Incauta quod ſi ſedulò perpenderet
Secum juventus, quam ſenex deſideret

C *Frui Falerno vel liquore Maßico;*
Non tam frequentes hac ſua tenellula
Ætate ſumptus, credo, tunc impenderet;
Arctißimè ſed ſacculi nummarij
Nodum, futura cogitans, conſtringeret.

Damnoſa ergo & ſenibus fatalis ſiccitas, non calor facit, membris ſubfrigidis, aridis, cuteqve corrugatâ, ut appetentes potus ſint. Hinc ſitiunt ob ſiccitatem, non ob calorem, & appetentes humidi ſunt. Unde paſſim in meis commentariis eis humectam diætam commendavi. Hinc maximè eæ Nationes ſibi in Europa cavebunt ab uſu Theé, qvæ præter decoctum Theé jugi[illegible]r vinum bibunt, ne qvocunqve modo ſubitò immmutent diætam, ac in ſpecie victum. Ex qvibus cum qvidam natione Gallus, magnæ authoritatis, ac prudentiæ ſingularis, *perilluſtri cuidam Heroi, ac Comiti Europæo* & qvidem iisdem ſideribus nato, ubi æ-
D qvè ac hic apud nos,

-- -- -- plauſtra propinquior Arcas
Circumagit, prono metuentia gurgite tingi,

authore eſſe vellet ac perſvaſor, cum bis terue qvotannis catharrô qvandoqve corriperetur, immutaret diætam, deſineretq; vinum bibere, vel certè id aqvâ dilueret; Se enim advertiſſe (inſtabat ni fallor Medicus) frigidam valdè temperare acres humores; Heros verò ille Magnanimus qværeret ex illo, an ergo optima ipſus eſſet valetudine; qvi & qvam optimè ſe eſſe ipſi reſpondit, cui Comes: heus tu, inqvit, bibe tu aqvam aut vinum aqva remiſtum ad ſatietatem usqve; Tu tamen tua ſvada mihi non perſvadebis, ut leviculorum catharrorum cauſa, qvi rarò mihi moleſti ſunt, Te conſultore permutem diætam Gallicam aut Italicam, cum Septentrionali, ſive Danica, Germanica, aut illi ſimili, qvi velis, ut vini ac cereviſiæ loco aqvā bibam. Nam Dei gratia habitior ſum, ſucci plenus ſum,

ſum, facie florida ſum, & ventriculo valido ſum: eodem habitn fuerunt Majores mei, Parens, Avus, Atavus, Abavus, Tritavus, Heroës ſeptentrioni notiſſimi, qvi eadem diæta mecum uſi ſunt. Ego verò eorum Nepos valde vereor, ſi ego ſexagenarius jam aqvam bibere occiperem, ne Te magis qvã illos repræſentem qvod non ſinit valetudo mea, nec mihi eſt integrum. Quippe Tu hydropota jactes licet tuam valetudinem, tamen veſco corpore es, rara textura es, cadaveroſa facie es, vix oſſibus hærens, ſceleto aut umbræ potius ſimilis es. Atqve ô utinam hunc *illuſtrem Heroa*, Catonem alterum dixeris, complures imitarentur & præſertim Senes & Theé faſtidirent, aut reſpuerent, qvod adeò exiccat Chinenſes hydropotas ipſos ut mox audiemus, vix ut exſpuant. Sic ingens Perſarum error & aliorum omnium eſt, qvi putant ſemen Bon aut Ban, qvod toſtum Coffi dicitur, & illius decoctum, aqva Cahvvæ aut Coffi (qvod inter alia rariora cælandum curavi in tabula poſt Hiſtoriam Cochleariæ Nõ. XI. XII. 11. 12. Qvadripartiti mei, inſerendâ) adeo frigefacere eam freqventius bibentes, ſorbentesve, ut omninò elumbet Viros, aut eorum nervum rerum gerendarum in thalamo vel conjugio ita enervet, ut eum lorum in aqva (ſic Petronius loqvitur) dixeris cum Perſas inſigniter exiccet. Nec immerito Regis Sulthan Mahmud, Caſnîn conjux, poſtqvam ille dictum in modum corruptus eſſet, ac ob hoc vitium ipſi maritale vectigal perſolvere ineptiſſimus eſſet, (ſic loqvor ego, cujus ſtudium ac ſedulitas tot annos caſtè integreqve in anatomicis fuit verſata) conjugis dulciſſimæ ſvaviſſimæ ſuæ omninò immemor; ſummè deteſtata eſt aqvæ hujus uſum, ubi aliqvando de feneſtra proſpiciens, cum τὰ δέοντα procurarentur, aut apportarentur ad caſtrandum generoſum Perſicum eqvum. Fertur enim illa, celeberrimo *Hiſtorico Oleario teſte dixiſſe*: ſuperſederent omni iſto labore, nec tanto apparatu ad caſtrandum eqvum opus eſſe, ſolum id agerent, potaretur hic abominandâ Cahvvæ aqvâ, ſic eqvum hunc Regi ſuo perfacile fore perſimilem. Sed juvat ipſius authoris verba in vernaculâ audire: **Dann als Sie einsmahls / im Fenster gelegen / und gesehen / daß man einen Hengst zu Wallachen niedergeworffen / habe sie gefraget / was daß bedeuten solte? Und da man ihr mit verblümten Worten**

 fürbracht /

C fürbracht / wie man dem Pferde die Wollust / und den Muthwillen benehmen wolt / daß es nicht auff andere springen / oder sich an die Stutten kehren solte / habe Sie vermeinet / es wäre diß alles nicht nöhtig / man solte Ihm nur das schändliche Chavvæ Wasser zu trincken geben / es wurde dem König bald gleich werden. Vide modo laudati authoris vermehrte Moscowitische und Persianische Reisebeschreibung zum andern mahl heraußgegeben 1665. lib. 5. cap. 17. pag. 598. Sed qvis erroris insimulabit Persas, qvis dixerit hæc cum præstare qveat sive nucleus hic, sive semen hoc ex Ægypto in Persiam delatum? ingens sane Persarum error est. Nam non qvod frigefiant, sterilescunt Persæ, sed qvod clanculum sensimqve exiccentur non à qvalitate passiva aut secunda, siccitate nempe Aristotelica, sed à sulphure Cahvvæ sive Bon vel Ban seminis, ipsi proprio ut opio, ut Tabaco, ut Agno casto sua propria sunt sulphura. inter qvæ ultimum seu agnum castum seu viticem, cum Gal. noster calidam & siccam in tertio gradu, instar rutæ statuat cum magna partium tenuitate; qvi per Deum qvæso te, vitex contra naturam semen frigefaciendo libidini adversaretur? Qvod siccando non tam partium tenuitate, qvam ut dixi, sulphure suo ipsi proprio, imminuit. In viticem verò nemo doctius aut accuratius commentatus est, qvàm *incomparabilis Hoffmannus* cum in variis lectionibus, tum de medicamentis officinalibus, qvem vide, à qvô, secutô sua, ego seqvutus mea dogmata, si superesset adhuc hoc tempore, impetrarem perfacilè, ut qvæ Gal. noster partium tenuitati, non simplicium omnium, sed eorum, qvæ tota substantia agunt, ut opium, ut tabacum, ut agnus castus seu vitex, ut Theé Chiniticum, ut Theé Europæum seu myrtus nostras Brabantica, aut Chamæleagnos Danica aut Germanica, transcripsit, consentiret mihi, ea deinceps sulphureis illorum partibus tenuibus & impensè siccis largiremur; cujus rei hæc indicina est, *quod semen Agni casti caput petat* (sic ex prioribus constat semen Chamæleagni potissimam esse causam, ut nostras Chamæleagnos rusticos in ebriet) *& non effert quidem flatus in caput*, ut cum Hoffmanno loqvar, *sed cum id eò partium tenuitate pervenit*, (seu ut ego loqvor, valde sulphu-

ſulphureum ſit) *non ſecus ac vinum, cujus odorem & ſaporem habet, ut Plinius ſcribit* (qvæ omnia vini attributa, à ſulphure nervis grato proveniunt, æqve ac Chamæleagno noſtrati) *caput occupat, & ſomnum facit*, qvod ſola partium tenuitas Galenica nunqvam præſtare potis eſt: aſt pergo porro cum Hoffmanno loqvi, cujus rei indicium eſt (nempe qvod ſit tenuium partium, ego ſulphurearum dixerim) *qaod ſemen agni caſti flatus in imo ventre diſcutiat quidem tam crudum, quam frixum, ſed frixum potentius* (jam arrige aures Philalethes) *frixo interim non ita petente caput.* addo ego, atqve ob frixionem aut mitem toſtionem, ut ita dicam, qvâ Chinenſes artificiosè & magno ſtudio ſuum Theé in China exiccant, cæteris paribus, accidit, ut illorum Theé abactis maximam partem ſulphureis partibus, (qvam toſtionem nos in Europa in noſtro Theé ſeu Chamæleagno aut Myrto Brabantica inſuper habemus) inſomnes ſervet Chinenſes, hæc temulentos ruſticos noſtros reddat, aut ebriis ſimiles; illud ſomnum abigat, hoc veluti ſomnum provocet, neutrum Theé Chinenſium & Europæorum occultâ qvalitate, ſed manifeſtè ſulphureis partibus; Chinenſi paucioribus, Europæo ſeu Chamæleagno noſtrati pluribus præditis. Sic notum eſt præparatis viperis hodie impune veſci nos poſſe; Dioſc. etiam olim in cibum torruiſſe Scorpios, tantum intereſt arte, & à natura qvid fiat. Sed pergam loqvi de agni caſti aut viticis ſeminis toſtione, qvod *nimirum dum frigitur* (inqvit, audi ſis, quæſo te, Hoffmannus) *pars illa inſigniter ſubtilis diſſipatur &c.* qvam partem inſigniter ſubtilem, partim in hoc ipſo commentario, partim in aliis meis ſemper appellavi ſulphuream, qvam Perſæ ex Ægypto petito ſemine Bon vel Ban, artificioſa uſtulatione qvoqve abigunt. Vides verbis inclitum Hoffmannum ſolum à me diſſentire, in rebus nos convenire. Idem de Chocolata etiam affirmandum. Concludo ergo omnia hæc exiccare ratione partium ſulphurearum. Qvorum omnium per ipſam ὑγιεία obteſtor Europæos Magnates, cujuscunqve ſint Nationis, nempe qvæ hic de herba Theé

C itemqve Cahvvæ aqva allata sunt, semper recordari, imo velut animo inscripta habere velint. Venienti occurrite malo, humectantibus servate juventam, ac siccantibus istis sulphureis (calidorum moderatorum usum non interdico) ante tempus tardigradam magnis passibus incedentem, aut potius ultro nobis insciis lente obrepentem siccam senectam accersere nolitote; Qvorum nemo vitio mihi vortet, ego qvod eadem identidem repetere, ac malos imitari citharædos ipsis videar, aures nostras radentes oberrantes chordâ eâdem; ad qvod rei, &, qvam tracto, causæ difficultas, me adigit; insuper hic loci habentem Rhetorum leges, aut illorum aurium suavia condimenta: *salus populi suprema lex esto politici decernunt*; & mihi non liceret quocunqve inconcinno, interciso & interrupto dicendi genere servare non populum solum Romanum (proh si qvis vel civem solum servasset, qvanta ille præmia) sed omnes, omnes Europæos: aut potius illis solum ad oculum demonstrare, haud expedire ob usum

D Theé nostram diætam cum Asiaticorum aut Chinensium permutemus. Qvantopere ergo & qvam magnificè *R. P. DN. Martinus Martinius* commendet victum Chiniticum dum in præfatione sui Atlantis Sinitici. pag. 9. ita scribit; *Potus* (Chinensium) *semper calidus sit oportet, sive is ex aqua sit, sive ex vino, ex oryza coctus; in aquâ bulliente Cha ibi herbam nominatissimam macerant, & ita calidissimam hauriunt. Plane ubi adsvevi* (ubi? in China intellige minime in Europa, hæc enim alios mores aut aliam vitam postulat) *Sinas laudandos dixi, damnandosq; Europæos, ita frigido potu gaudentes. Ibi enim calidam potitantes & sitim extinguunt, & humores exiccant, unde vix unquam expuunt, nec calculo aut stomachi cruditatibus, ut hic* (intellige in Europa) *laborant, longeq; pauciores morbos, nec ita graves sentiunt, calculum, podagram, chiragram & similia nesciunt*; Attamen non me, neu alios Europæos Medicos, qvod pace summi Viri præclarissimæ famæ, præclarissimeqve de tota Europa meriti, Martini dixerim,

eò

eò adducet aut perſvadebit nobis, noſtram diætam cum Indorum permutemus, vel noſtram ad illorum corrigamus, qvorum qvidam adhuc ob Pythagoricam Metempſychoſin ipſo *Martinio* teſte, *eſu carnium ſanctè abſtinent*, qvibus A

-- -- ſcelus eſt in viſcere viſcera condi
Congeſtoq; avidum pingueſcere corpore corpus,
Alteriusq; animantem, animantis vivere letho.

Dico ergo fallaciam hic committi inſufficientis enumerationis cauſarum. Neqve enim universa ſalubritas Chinenſium, ut ſuperius docui, ab uſu ſolius Theé dependet, ſed complura alia ad eam concurrunt (hinc locum illud Germanicum adagium invenire poſſet; **Zum Tantz gehöret mehr als ein paar rother Schuh**) ad quæ enarranda omnia hic locus non eſt. Solum ex *Johannis Boterij Beneſij Amphiatridio Lubecæ Anno* 1600. *editô*, obſervo in *Chinæ reginonibus, tantam eſſe cœli benignitatem, aërisq; ſalubritatem, ut non meminerint ibi aliquando peſtem univerſalem fuiſſe.* B Obiter etiam noto; & qvidem in gratiam eorum, qvi *theatri Europæi Johannis Bleau parte ſexta ſive novo Atlante Celebratiſſimi Patris Martinij carent*, ex illius præfatione pag. 7. ſingularia qvædam & notatu digna de Medicis Chinenſibus: *In Medica arte* (inqvit) *ſi praxin ſpectes, nos* (Europæos) *ſuperant, pluſculum quidem illis diſputant, ſpeculanturque noſtri; at facilius & melius illi morbis medentur*; qvod facile credo, cœlo usqve adeò miti & benigno: Qvod ſi verò qvis eorum hic ad mare Balthicum praxin exerceret, ubi endemio morbo ſcorbuto nempe laboramus, credibile eſt haud facilius, nec melius eum qvam ego ac alij Europæi Medici huic mederi poſſe. Medicos multos eſſe nomine, re autem perpaucos teſtatur noſter *Hippocr. in lege ſua.* Idem in priſca Medicina pag. 16. ait quòd *Medicorum plerique malorum navium gubernatorum, ipſi ſimillimi videntur, qvod, ſi tranquillo mari na-*

vim

C *vim regunt, nemo eos peccare deprehendat. Quod si eos vehemens ventus ac tempestas oppresserit jam omnibus manifeste constat eorum imperitia, & culpa, navim fuisse perditam.* Sed à defensione justa Medicorum Europæorum, abeo cum Martinio iterum ad Asiaticos, qvi paucis intermissis l. c. testatur, qvod Chinenses Medici ut plurimum *ex simplicibus ac decoctis, medicamenta conficiant. Ustiones frictionesq; adhibeant, sectionem venæ non item; qvam illi gravissimum errorem autument. Jejunio potius aliisq; refrigescentibus sangvinem ad debitam temperiem reducant, ajunt non ideo quod ferveat in olla effundendum jusculum* (mecastor venustum exemplum, aut satis concinna comparatio ebullientis sangvinis cum fervente olla) *sed si compescere velis, ignem subducendum.* & iterum paucis intermissis: *Artis Chymicæ Professores & hic non rari ubiq; vagantur, non aurum modo pollicentes sed & immortalitatem in hac vita, qvorum penè idem, qui Europæorum scopus est, splendide mentiri scilicet, & nimium credulos, avarosque istis of-*

D *fuciis fallere.*

Nunc redeo ad priora, nempe aërem, aqvam & loca. Sic nec reticendum, cum teste *Martin. loco citato* pag. 5. China seu extrema Asia, fodinis omnium metallorum v. g. auri, argenti, Mercurij seu argenti vivi, ferri, stanni, cupri, minii, lapidis lazuli, vitrioli abundet, valde vero esse simile, qvod Chinensium aqvæ ex montibus scaturientes, æqve ac Europææ qvam plurimæ, medicatæ sint, aut partem participent eorum mineralium, qvæ alluunt, aut per cæcos mæandros sæpè ex satis dissito loco scaturientes, profundant ea in stagna & fluvios. Sic cum teste *Georg. Agricola* rerum metallicarum peritissimo *lib. X. de Natur. fossil. cap.* 18. *pag.* 758. in Saxonia Goslariæ reperitur rubrica atramenti sutorij succo infecta (idem vitriolum audit) similiter Ochrâ: item Agricola antea *lib.* 1. *de Natur. eorum quæ ex terra effluunt cap.* 4. *pag.* 185. docuerit, Ochram fluvium ab Ochræ colore nomen invenisse, illumqve eo esse infectum, & luteum, ubi rivulus ex

Rame-

Ramelo monte in ipsum influit: Quis jam non rationem dare poterit, cur Goslariensis cerevisia Germanicè die Gose dicta usque adeò diuretica sit? Sic cerevisia Garlabiensis Helmstadii die Garsley dicta, medicata est. Hinc teste celebratissimo *Hoffmanno* in paral. officin. c. ult. p. 699. lit. k. *Ea & curat & facit morbos in non assuetis. Est enim aqua Thermalis, cujus rei indicium est sapor ille alienus. E contrario cur tam amabilis est Turgensis,* wie der Wein Brunn zu Ober-Schwalbach? *stagnum illud è quo coquitur cerevisia illa, habet minerale quid, quod vecturâ facilè perit, ut in aliis quoque fit. Ideò* AUGUSTUS *Elector Lipsiæ nihil aliud quam Rastrum coxit. Summa, nolim quemquam esse securum in usu tam acidularum, quam Thermarum*

—— —— non gloria nobis
Causa, sed utilitas officiumq; fuit.

Hactenus ille. Ego verò ex genere mineralium aquarum quoq; illam esse auguror, cujus *R. P. DN. Martinius* in descriptione nonæ provinciæ Kiangnan Chinæ, quintæ urbis Chang-Cheu dictæ, his verbis p. 102. describit: *Prope Kiangin mons visitur Chin, fabulosa Sinarum historia inclytus, siquidem ibi mulierem à cervâ partu editam volunt, Leang rivulus ex parvo collo Hoei profluit in lacum prope Vusie; ejus origo fonti debetur, qui Hoej dictus est, cujus aquæ apud hanc gentem secundum obtinent præstantiæ locum, atq; ego ipse adeò bonam hanc aquam, meo etiam experimento comperi, ut credam, Sinas minimum hic aberrare à vero, hac de causa etiam à magnatibus ubiq; expetitur. cum plurimæ naves isthac transeant, vix ulla est, quæ jam in vasis paratam, vilissimo pretio non emat, quamvis si tantum ibi morari libeat, cuivis quantum lubet, haurire liceat: ad provincias maximè remotas hinc devehitur, imò in Regiam usq; PEKING. Eam enim pro potu Cha conficiendo maximè rentur aptam, ac eam ob rem coemere solent.* Hactenus ille. ubi autem quæso hic in Europa venditur, aut comparari potest hæc aqua Chinitica? Idem in decima quinta provincia Junnam, & in ejus metropoleos descriptione p. 157. refert, *in monte Xang, versus urbis Boream fontem reperiri aquæ frigidissimæ, quæ tamen para-*

C *lyticis mirè prodest.* Idem in decima qvinta provincia Junnam p. 163. testatur reperiri fontem Hiangkui dictum, i.e. aqvæ odoriferæ, *quia vere præcipuè redolet, quo tempore incolæ ob rei insolentiam sacra fonti faciunt, & aquam vino mistam seu liquori ex oryza confecto ebibunt: hanc aquam multis morbis mederi volunt.* Qvod autem aqvæ illæ metallicæ sint, aut partem alicujus metalli participent, id, ut credam, duo sunt, qvæ me in hac sententia confirmant; qvorum prius est, quod modo laudatus author retulerit, hunc rivulum ex fonte prope Uusie civitatem ex parvo colle Hoei profluere; alterum qvod hujus lacus aqva ad provincias maxime remotas hinc devehatur, imò in Regiam usque PEKING, eamque ab aula aut potius aulicis pro potu Cha conficiendo optimam haberi. Optima autem longè lateque avecta , incorrupta diu permanere non posset, cum multum decedat virtutis, vel Spadanis acidulis, missis in provincias confines Germaniæ; nisi sale sui generis plurimo D abundaret. Sic pluviam nostram Majalem multo sulphure & sale abundare, ac aliàs pluviam incorruptissimam diu servari posse, non aliam ob causam, quam modò recensui, palàm est Europæis omnibus; quod nec religiosos fugit, ob quas illius virtutes ex illa potius, quàm ulla alia lustralem aquam Weyhwasser conficiunt. *vid. sis Digress. meam de febribus malignis Anno* 1660. *Francofurti editam* §.44. *p*.55. Ne verò has meas rationes, quis, meris conjecturis annumeret probatione cassis, probabo rem ita se habere: Author est sæpiculè laudatus *Martinius* l.c. pag. 102. *Non de nihilo quoque civitati Gnihing nomen esse inditum. illud enim terræ gloriam sonat, quod hac de causa illi impositum est, quod ibi figlina arte vascula illa fiant, quibus ad diluendum epotandumq; Cha suum tanquam aptissimis utuntur: idcirco autem ea, Sinæ Kiang Sinensibus splendidioribus licet, magisq; diaphanis præferunt, quod saporem aliquem ac odorem à Sinis expetitum, potui illi tribuant; unde maximi apud eos fiunt, totaq; civitas eo in opere plurimum occupatur: Quædam ex iis vasculis magno veneunt pretio, ac Estremosia illa Lusitaniæ aut superant, aut æquant.* Hactenus ille. Cum itaque & odorem & saporem Sinensibus gratum quasi spirent


rent aut resipiant hæc vascula, ab infuso herbæ Theé caldo: Saporis autem causa sit Sal volatile, sulphur odoris, quæ vix ac ne vix quidem vel arte Chymicâ ab invicem aut ægerrimè separantur; certè cum salis sit penetrare rerum essentias, fieri per rerum naturam aliter non potest, quin aqua illa ex fluvio, aut lacu, cujus non ita pridem facta est mentio, hausta, aliàs inodora, (si enim odora, *DN. Martinius* solertissimus id indicasset, æquè ac fecit de tertio fonte) ex vasis illis pretiosis, terram Lemniam vel etiam Silesiacam repræsentantibus, quicquid odoris & saporis possident, sensim extrahat. non autem extraheret, aut certè longe segnius aut difficilius ex argilla illa, ex qua vascula illa ficta sunt, nisi sale penetrantissimo, illa aqua Leang rivuli aut fontis Hoei, & fortè vitriolô (docuit enim Martinius, vitrioli fodinas quoque reperiri in China) abundaret; quod enim quis non possidet, alteri communicare non potest. Sapidum quidem est Theé, ast non grato est sapore, ut ex prioribus constat. Non ergò is sapor ac odor, quos inter Theé bibendum percipiunt Chinenses ipsi Theé herbæ, sed vel aquæ vel ipsis fictilibus, vel utrisque acceptus est ferendus, aut utrisque debetur: Aquæ quidem isti minerali minimè noxiæ, ex accidenti; ipsi terræ aut argillæ per se: Aquæ, ratione salis sui mineralis extrahentis ex vasculis ipsis proprium sal, sulphurque; vasculis eadem illi communicantibus. Ob quam singularem & argillæ Gnihengensi propriam virtutem, ex qua vascula illa sua finguut Gnihingenses, illorum civitati hoc nomen impositum, quod teste *Martinio terræ gloriam sonat.* Nec novum & inauditum inveniri ejusmodi suaveolentes minerales terras: Sic in Ducatu Kalenbergensi in Germania nostra effoditur minera quædam bituminosa, inter terram, argillam, lapidem intermedia, quam si lingis, sive ei superfuderis, frigidam & præsertim pluviam (ipsus hujus rei feci periculum abhinc circiter viginti annis, in frusto quodam dono quod datum erat, non recordor, à quo, Socero meo jam piæ memoriæ *Iacobo Fabricio* Medicorum Regiorum principi) ipsius violæ martiæ ipsissimam fragrantiam æmulatur. Sed quis dixerit,


C rarò vascula illa in Europa conspici, imo corvo albo Norvvagico esse rariora. sic est; adeò quippe pretiosa hujus generis vasa fictilia sunt, ut singula non ausim dicere, quanto veneant pretio, vix libræ medicæ capacia. Horum autem par elegantissimum, torno id factum diceres, usque adeò enim nitet & perpolitum est, cum scirem *Serenissimum ac Potentissimum Regem Daniæ ac Norvvagiæ, DN. DN. meum Clementissimum* FRIDERICUM TERTIUM, *vivat! vivat! vivat! Patriæ hic Pater, alter Augustus*, servare sibi una cum aliis utensilibus Chiniticis, inter pretiosiora sua toreumata, quam fieri potuit humillimè, ac par erat justa veneratione & cultu condigno, oravi S. R. M. mihi indulgeret clementissimè, ob publica studia, (quæ impensè S. R. M. promota unà cum artibus ingenuis cupit) ut depicta aut cælata ea publici juris facerem; & ecce annuit clementissimè mihi ea exoranti; quæ proin domi meæ *inclutæ ac liberæ Reipubl. Argentoratensis Matheseos designatus Professor simulq; graphices peritissimus DN. M. IVLIVS REICHELT*,
D ea qua vides solertia depinxit: Ut verò non solum quam fieri ulla arte potuit accuratissimè pretiosissima hæc fictilia & alia utensilia Chinensium γλύπτης sculperet, sed quoque quis ejusdem magnitudinis sibi comparare posset, sedulo ab illo curatum; quod illius modò laudati mei Commensalis de ipso bene merendi nunquam satis laudatum studium B. L. benignè accipiat, uterque contendimus; cujus hæc sunt:


EN operam, Benevole Lector, quam in delineandis quibusdam utensilibus Chinensium, rogatu Plurimum Reverendi, Excellentissimi & Experientissimi DN. D. SIMONIS PAULLI, Hospitis mei tum temporis liberalissimi, bono rei literariæ publico commodare volui, debui. Eam ut æqui bonique consulas submissè, amicè rogo. Quandoquidem vasa ista, nec ad artis Pictoriæ, nec Perspectivæ, ut appellant, præcepta, accuratè depicta cernis; sed ad modum, quem Mechanici usurpant, cum mensuræ ratio habenda est, & Jesuita quidam in Perspectiva sua practica Parisiis Anno Æræ Christianæ cIɔ Iɔc LIV. recusa, plenius tradidit. Mensuram autem observandam duxi, ut in rariori hujus scripti materia & accuratissimo VIRO supra commemorato, & curioso fortasse Lectori satisfacerem. Cæterum exhibeo vasis *Fig. IX.* designati orthographiam. *Figura III.* Scenographiam, & *IV.* orthographiam intuenti objicit


ejusdem


Fig. I.
C
D
a
A
B



















Fig. VIII.
Q
P
M
O
N


Fig. IX.
S
R


Fig. X.
T
V


Fig. XI.
X


Fig. XII.
Y



Fig. XIII.
Z


Fig. XIV.

A

ejusdem vasculi. In *Fig. VIII.* vasis *M.* scenographia, operculi *N.* orthographia cernitur. Reliquorum omnium scenographias descripsi. Pedem Geometricum Rhinlandicum adhibui, ad cujus mensuram omnes vasculorum istorum partes ea proportione & symmetria conveniunt, qua delineatorum ad minoris *Figur. XIV.* appositi pedis denaria subdivisione distincti. Solum *Fig. XIII.* repræsentatum instrumentum ligneum prototypo suo magnitudine planè congruit. In omnibus longitudinem & latitudinem diametris & diagoniis, altitudinem sive profunditatem perpendicularibus notavi occultis. Denique haud fore spero, ut scrupulus suboriatur Mathematum perito Lectori in tubulo illo tetraëdro, quo in *Fig. I.* aëri ad prunas in adjecto Caldario positas, excitandas patet aditus. nec in *Fig. IX.* cujus duo pedes, quorum alter alterum visui aufert, gemina arguit umbra. Operam in hac delineatione dedi, præfiscine dixerim, sedulam, quod si quid erroris surrepserit, id injuriis, quibus charta obnoxia: utpote quæ calore vel modico siccata junctius coit, humida dilatatur, aut Chalcographo insigni alioquin artifici; at in huiusmodi operibus cupro inscribendis minus exercitato adscribes. Paucula hæc sunt, quæ rogante huius scripti Authore Celeberrimo adjicienda videbantur. Vale.

DESIGNATIO ET EXPLICATIO FIGURARUM, utensilia quædam Chinensium repræsentantium.

B

Figura I. A. *Ex cupro Chinitico elegantissimo affabre factum vasculum lageni-forme, bracteâ cupreâ, seu pariete intergerino aut mediano interstinctum nobis unà cum ansa exhibet, quod primo aspectu unicum & simplex, ast si lustres id, aut accuratius intuearis, geminum ac duplex, duplicibus quoq; operculis id esse advertis. Quippe prius* lit. A. *foculum aut furnulum meritissimò dixeris, ceu in quem conjiciuntur prunæ, cujus præfurnium clathratum* lit. B. *denotat, per quod prunæ ventilantur, ut acrius urant: alterum aut posterius vasculum in internâ superficie aut concava parte stanno obductum, aut, ut ita dicam, stanno incrustatum est, vel exiccandæ, vel coquendæ herbæ Theé aptum, præditum tubulo peculiari, cujus operculum* lit. a. *denotat, cujusq; beneficio clausis ac operculatis grandibus illis operculis* C. D. *vapores Theé eo remota exhalare, vel tubulo imposito, pro lubitu compesci queant.*

Fig. II. E. *Vasculum cupreum est, in quo vel Theé coquitur, vel exiccatum reconditur, tubulum illius* E, *operculum verò* F. *denotat.*

Fig. III. & IV. G. G. *Unum idemq; vasculum diverso aspectu exhibet, cujus concava pars subtilissima lamina aut bractea deaurata inducta est; exterior & convexa, Chinitico artificio lacca incrustata est.*

Fig. V. lit. I. I. *duo folia repræsentat, quæ inter* N. 1. *Genuini Theé Chinitici foliolum jussu meo, sed studio artis pharmaceutices studiosorum maceratum, curiosis post deinc*

C *ipsorum manibus explicatum, arteq; complanatum est.* N. 2. *Chamæleagni Megapolitanæ seu nostratis* Porß/ *Germanicæ* Post/ *Gallicæ* Piment Royal, *Belgicæ* Gagel *ab Anno* 1622. *in Bothanotheca mea servatæ, & à me in Megapoli lectæ & arte exiccatæ nobis exhibet.*

Fig. VI. K. *Aliud, & ut puto, spurij aut nothi Theé Chinitici folium ex China allatum.*

Fig. VII. L. *Spirææ Theophrasti Clusio authore, hic Hafniæ in viridariis Magnatum crescentis folium; Chinitico Theé spurio, aut quo legitimum adulteratur, adeò persimile, ut ovum ovo, lac lacti est.*

Fig. VIII. M. *Pretiosissimi fictilis polygoni aut Carchesii, quod vel ex terra Lemnia vel Silesiaca sigillatis fictum diceres, figuram repræsentat, cujus operculum N. catenulæ elegantissima optimi auri* O *ansæ illius*, P *concatenatum est, aut ex ea dependet, rostrum aut tubulis illius* Q. *exquisitissimo artificio ejusdem notæ auro præmunitum est.*

Fig. IX. R. *Aliud fictile quoq; rostratum, sed diversa à priori, eaq; subrotunda aut oblonga forma, cujus operculo annulus inditus ex argilla solùm fictus.* S. *aptus ad id removendum vel aptandum oræ fictilis. Utraq; hæc fictilia fragrantissima sunt; quorum prius spadiceo propemodum est colore; posterius ex subrubro albicat.*

Fig. X. T. *AEneum stanno inductum vasculum denotat, capax q. uncias quatuor, cujus*

D *inferior pars circa* lit. V. *ita lignea lorica obducitur, ex ligno Europæo alicui cribris conficiendis persimili aut apto confecta, ceu gladius in vaginam reconditur, quem ut pro lubitu evaginare, ita huic poculo loricam detrahere potes. puto autem Chinenses huic poculo caldum Theé, sive infusum, sive decoctum, infundere, quo ne manibus id officiat, si non eas ustulet, cate id dicto modo loricant, quo tanto commodius decoctum id versare queant, ne labia linguamq; justo ferventius, & calidius quasi adurat.*

Fig. XI. lit. X. *Loricam illam ligneam aut manubrium ligneum detractum seorsim exhibet.*

Fig. XII. Y. *Tudiculam ligneam unà cum manubrio hemicyclo ligneo repræsentat.*

Fig. XIII. Z. *Spathulam aut rudiculam ligneam urvam, aut repandam denotat.*

Fig. XIV. *Pes est Geometricus minor denaria subdivisione distinctus.*

Sed de Vasculis hoc observatione dignum, quod tam gratissimo sint odore, ut ad Juniperi, Cupressi arboris aut ligni aloës fragrantiam quamproximè accedant, quæ terræ procul dubio bituminosæ, ex qua ficta sunt, debetur, aut ei accepta ferenda est. Sic recordaris terram illam bituminosam Kalenburgensem violas redolere, atque hanc vasculorum fragrantiam quam tantopere, ut testatur *Martinius*, expetunt Chinenses inter Theê bibendum, facere, ut maximi apud eos fiant, & ex iis quædam magno veneant

pretio;

pretio; quæ ſive vaſcula ſive ollas, ſi recordaris priorum, poſt *Iohannem Maffæum, à Tulpio* doctus es, aliaque perpolita hujus culinæ inſtrumenta, aliquot aureorum millibus à Sinenſibus redempta, ſericis integumentis involuta, intimis ſolummodò amicis oſtendi, neque ab ipſis minori haberi ea loco, quam apud nos adamantes, gemmæ, ac braccata ſummi pretii monilia. Faceſſant ergo hinc omnes Europæi, bibituri, aut ſorpturi Theé aquam aut illius infuſum, ſed prius Gnihingenſia illa vaſcula, & lacus Uuſie aquam ex China incorruptam in Europam transportent, quam pergant Theé odore caſſum, hic in Europa decoquere, ac ſaccharo edulcare: ac tum demum ſimiles effectus hic in Europa Theé edere poſſe, credi poſſet, quos in China edere jactatur; ut verbulo iterum non meminerim aëris. Et ſanè longè verius, itemque rationi congruentius, potius aquæ bonitatem, qua Chinenſes fruuntur, à calculo, podagra, arthritide, quam Theé (quod tamen non nego) ſolum & unicum eos vindicare. Huic accedit, quod foliorum Theé vires neceſſariò exoleſcant, ac labefiant in longiſſimo illo Orientali itinere præ calore Solis immenſo ac intolerabili, dum bis æquatorem ſubire naves coguntur, prius, quam ut nos Europæi Theé illo potiri queamus. Quare illi omnium rectiſſimè Europæis conſulunt, & illorum commodis velificantur, (experientiâ & uſu edocti) qui teſte *Mercatore in deſcriptione Regni Chinæ pag. m.* 721. ſuadent, ut Rhabarbarum, quo China, ut abundantiſſima eſt, ita præſtantiſſimum profert, terreſtri itinere per Perſiam minimè mari in Europam id avehant; veriti ne viribus id ſpolietur ſuis tam immenſum orbis ſpatium, integram Africam circum aut prætervectum. Sanè hæc illorum oratio ſalem habet. Quid ergò jam fiet foliolis fruticis Theé, aut Chamæleagni Chiniticæ, ſemel atque iterum ipſa in China, ferreo in cacabo calfactis, ac in furno ita exiccatis, ut conglomerentur. vid. R. R. P.P. *Rhodium* & *Martinium*: virtus ac vires Rhabarbari radicum, recenſitas ob cauſas cum exhalent, longe compactioris corporis, quam tenerrima foliola Theé verno tempore lecta, guſtu acerbo, & ſubamaro, ſed odore

C odore nullo: unde inferre licet, salibus quidem volatili, ac fixo ea adhuc esse prædita, sed sulphuribus suis cassa, maximè autem volatili. Nam si omni omnino sulphure carerent, ne quidem inflammarentur, nec exuri possent. Cæteroquin ex anonymo Authore libri, cui Titulus: *Artificia hominum Miranda Naturæ in Sina & Europa*, Francofurti 1656. editi, noto, illum Cap. XXXV. p. 769. testari, quod *Chinensibus in Chekiang sylvæ sint mororum, bombyces tot, & serici panni tanta copia, ut viliori pretio ibi decem vestes, quam ullibi apud Europæos unica lanea comparari possit. Moros, ut Europæi vites, quotannis putare solent, nec in altas arbores eas excrescere sinunt: quod minorum folia præstantiorem byssum ac filum producere, longissimo tot annorum experimento edocti sint, atq; hinc primam texturam fili, à secunda optimè distinguunt. Ea est, quæ à vernis illis molliculisq; ac delicatioribus foliis, quibus bombyces aluntur, prodit, altera ab æstivis ac durioribus: tantam operis mutationem affert vel sola cibi varietas in subtilissimis illis animalibus.* Hactenus ille. Hæc si vera est, ut
D de fide Authoris minimè dubito, de bombycum nutricatu, relatio, utique nos Europæi docemur, ingens quoque discrimen inter vernans foliolum sive Theé Chinensium, sive Theé aut Chamæleagni Europææ, intercedere discrimen, ut passim quidem in hoc meo Commentario innui. ast loco hoc insigni hujus anonymi authoris magis ac magis confirmor, nempe, & vernum Chamæleagni, seu Theé Europæi folium longè aliis viribus ac æstivum, Sol ubi Leonem ingressus est Zodiaci, esse præditum, quod paradoxologo mihi hactenus concedere permulti noluerunt, qui bombycum exemplo manifesto, manifestissimè refutantur, in præsens, & quasi in barbam.

Ὡς ἐν παρόδῳ quoque hic loci exoro Te, quisquis es veritatis amore ductus, aut ipsus sis Philalethes, incende folia, folia dico, non fruticem, non flores, non semen nostratis Theé seu Chamæleagni Europææ, quorum odor in siccatis etiam evanuit, vel conjice super prunas, conjice quoque totidem pondere & mensura Theé Chinitici super prunas, sed non in uno eodemque conclavi; nisi

nisi admodum sis obesæ naris, jurabis, unum eundemque exspirare aut reddere odorem. Sed quid in dubium iterum ea hic voco, cum jam dudū probarim, non ficulneis fundamentis, sed solidis rationibus, aut ad minimum maximè probabilibus, *numero solum non specie differre Theé, & Chamæleagnum.* A

Non de omnibus quidem consuetudinibus, statutis, legibus aut mandatis urbium Europæarum mihi constat, quibus coërcentur nimia protervitas & auri sacra fames, aut nimius habendi amor pharmacopæorum quorundam; ast in superiori ac inferiori Germania, nec non in Nobilissimi hujus Regni provinciis, mandatis Regiis cautum est, ut iste pharmacopæus damnas sit, qui exoletas herbas vendiderit, vel medicamentis remiscuerit; imò receptæ est consuetudinis in quibusdam Germaniæ provinciis, sed tamen id minimè cum infamia aut dedecore pharmacopæorum conjunctum est, ut in foris aut compitis spectante omni populo exurantur ac concrementur herbæ, radices, frutices &c. (ne cives, quibus res angusta domi est, morbidi, defraudantes suum genium, omni emungantur pecunia, ut Vidua illa in novo Testamento Luc. 8. v. 43.) quæ ceu vieta, Medicorum censura rejecit, aut nigro lapillo ad ignem condemnavit; imò vel ea, quæ illi suspicantur, intra anni spatium non esse lecta, aut in officinas illata. Et tamen nos Europæi insuper habemus, horna sint illa folia, vel abhinc annum aut biennium in China lecta, quæ integri anni plus minus spatio exacto, serius, ocyus demum cum navibus Amstelrodamum advehuntur, ubi ex China primò solverunt. Cogitate quæso, quæso cogitate, quanta, quanta hæc sit nostra Europæorum probitas; probitas dico, quam Ethicorum nullus vel ferret, vel laudaret, comparatam ad caliditatem Chinensium, quæ facit, ut nos Europæi nec Asiaticos improbos suspicemur, cum sint; nec ob eam quidem nos indignemur, si vel, ut ita loquar, ante Trojani belli tempora lecta Theé folia nobis obtrudant, quorum aliàs usus ipsis Chinensibus recens. Et quis jurare ausit, cum odora non sint, quin non eadem illa ipsa folia, quæ semel atq; iterum infuderunt, B

C aut aqua macerarunt Aſiatici, poſtquam illi ſorbuerunt juſculum, quin non arte iterum exſiccent, ac in Europam mittant, quippe facilè lingua atteruntur, in groſſum pulverem manſa, & quaſi in pulverem reſolvuntur, ſaliva aut ſputo, ubi permaduerunt. Ut taceam, inſuper eadem folia adulterari aliis, aut genuinis ſurrogari, aut remiſceri iis, ut ex prioribus conſtat, valde eſſe credibile, unà cum *Clariſs. noſtro VVormio*, me jam pridem docuiſſe. Bellum inteſtinum bellorum omnium peſſimum vereor, ne ſatis grave noſtris cervicibus immineat, ubi in capita noſtra conjurabunt pharmacopæorum cohortes,

junctæq; umbone phalanges,

Ideò quod nos Medici interdicamus eis uſum herbarum Europæarũ exoletarum, & tamẽ ferre poſſimus, tantã vim, odore carentis Theé, jam pridem in China, in Chinenſium uſum & commodum ſtudioſè uſtulati, inferri in Europam, imo in Magnatum cu-
D bicula. Verum cogites quæſo, anne is ſe deridendum toti Europæ exponeret, qui Tabacum ex Braſilia, minutatim conciſum, arte exiccatum, mox ad calycem tubuli eo referciendum, mox incendendum, ut Indus & Americanus id uſurparet, magna copia in Europam inveheret? aut nobis id commendaret, aut id unctuoſo lentoque ſulphure præſtanti aut adhuc in funes quaſi contorto Tabaco præferret? Quis enim non intelligit, ſi dicto modo præparatum, & exiccatum poſt aliquot menſes, commendares Europæo catarrhoſo, id jam dudum eviluiſſe, ac propalam contemptui eſſe. Aſt nos Europæi non cogitamus, ita quoq; cum Theé comparatum eſſe, quod ut Chinenſes uſtulent , ut curioſè in vaſculis probè operculatis ſervent, ne aër in ea intromittatur, idque corrumpat, aut juſto impenſius exiccet, id ex prioribus conſtat. Quæſo ergò cogitate, ut nos Europæi ab Aſiaticis decipiamur, ut ab iis pecunia emungamur! Certè noſtrarum eſſet partium, à Magiſtratu impetraremus, tempeſtivè averruncaretur hoc gliſcens & jam longè lateque ſerpens Epidemium malum, totam Europam non minus, quam Tabaci Americani abuſus infeſtans, eique infenſum.

ſum. Quippe, quæ utraque & Cahvvæ aqua, ut ſuperius probavi, A
elumbent Viros Europæos, ita ut ſterileſcant inſtar Eunuchorum, quorum quidam ſceleratiſſimi congreſſus ſunt appetentiſſimi; ſed notum quoque nihil illos poteſſe, etiamſi illi quid ſemini analogon profundant. Hinc Turcæ ſuos Eunuchos diverſiſſimo ab Italico modo caſtrant, nempe præſcindunt iis una cum teſticulis mentulam; Itali non item; quem puſiones caſtrandi actum, *Celeberrimum ICtum*, ac in Patria Academia P. P. alterum Donellum, quippe ad unguem norat propemodum univerſum Juris corpus recitare, *Sim. Tolemannum* ſed jocis ac facetiis natum, grandævum Senem, memini abhinc quadraginta & amplius annis Gallicè me ac alios juvenes animi cauſa docentem, *appellare ac joco dicere*, quo permolere incubi Eunuchi Turcarum uxores ſuccubas non poſſent, nec titillare eas illis inſtar tribadum liceret, *id eſſe, iis præſcindere parentalia una cum temone:* ſed jocorum ſatis hic loci, quæ ſervanda theatro anatomico: non verò hæc commentatus ſum in veſtibus pueris, neu Catechumenis, neu Religioſis, ſed Medicinæ Candidatis, ac Anatomes ſtudioſis, qui non gravabuntur adire B
Celebratiſſimi Noſtratis *Thomæ Bartholini*, Affinis conjunctiſſimi lib. I. Anatom. Reformatæ Lugdun. Batavor. Ann. 1651. editæ cap. 23. p. 145. in cujus calce docebuntur, quî quandoq; fiat, ut caballi, taurique caſtrati obſervati ſint generaſſe. Ne ergò Turcæ ex Eunuchis ſuis ſuppoſititium tollant, aut ſuſcipiant fœtum, hinc in miſeros illos adeò ſæviunt, & longè truculentius contra illos ſe gerunt quam Itali.

Ultimò meum eſt ſervare fidem, ſiquidem dedi, me poſt victum Chinenſium huic meo *ϛοχασμῷ* Botanico hic loci paucula quædam de moribus Chinenſium attexere, quo tandem in eo mea termineturoratio, unde exorſa, aut profecta eſt. Veſtris ergò ſine ingratiis fiat, obteſtor vos, Viri experientiſſimi, ut cum me ſcio nemo authorum eſſet, qui eos R. P. Martinio pertractavit accuratius, cui non diffiteor, plurima me debere, mihi ut liceat ipſo auctore Viro fidei pleno, eos quaſi vivis quoque depingere coloribus.

C Qui Chinenses, ubi agebatur de Pseudomedicis, esse mendacissimos testatus est: atque ita non Cretenses solùm, sed etiam Chinenses mendaces sunt. Idem p.5. Atlantis Chinici inquit: *Europæi fortitudine Sinis præstamus, Sinæ nobis ingenij acumine. Sagaces sunt, subdoli, ac ad subitos casus acutissimi, & impavidi, solertes etiam sunt atq; industrij; rerum utilium nihil omninò perire sinunt, vilissima quæq; scruta etiam in tanta rerum abundantia colligunt, servantq;, ossa canum, gallinarum plumas, porcorum setas, imo & spurcissima quæq; excrementa, quibus etiam mercimonia instituunt pag. 7. Ingenij quoque acumen perperam sæpe ostendunt dolis & fucis, quibus aliis imponunt.* Et paucis intermissis: *Mercatores industrii sunt & solertes, gens tota otio inimica & desidiæ, ubi vel minima lucelli affulget spes, nullus eis labor gravis, quippe honesto utile sæpè potius & antiquius. Valetudinis sat firmæ ac robustæ, duratis vel inde à puero lacertis, colore candido certant alicubi cum Europæis.*

Hic loci, quemadmodum ut antea diætam, aut potius victum D Chinensium cum Europæorum utcunque contuli, ita inpræsens illorum mores, cum nostris, comparandos se mihi offerunt. Verum, quem eruditorum fugit inclutissimæ famæ Satyricum *Iohannem Barclajum* edidisse horum Iconem, vel singulorum propemodum in Europa Regnorum, Regionumve, proin ne actum agere velle videar, aut operâ temporeque abuti, sciens volensq; hoc labore & studio supersedeo: Qui an in eâ historiæ leges neglexerit, aut plusculum quam concedit veritas affectui indulserit; nec ut *Cornel. Tacitus* sine ira & studio, illorumque causas procul habuerit mores illorum describendo, hoc meum non est examinare, aut excutere accuratius. Ego enim veluti in *Platonis* Republ. versor, *qui lib. 2. de Rep. p. 476. F.* statuit: *singula fieri & plura & melius & facilius, quando singuli singula secundum naturam occasione servata ab aliis cessantes efficiunt:* Qui Medicinam tot annos cum in Ducali Megapolitana, tum Regia hac Hafniensi Academiis professus, jam in Ethicorum castra transire nolo. Præfiscinè tamen dixerim, Chinensium calliditatem omnium nostrum Europæorum superare pruden-

prudentiam, illorumque ſcruta, quorum quædam non ſine ingenti illorum probro *Martinius* recenſuit, quibusq; mercimonia inſtituunt, ſatis indicare quam vellent, ſi poſſent, poſſunt autem quia volunt, univerſam Europam longè aliis moribus, cum non ſolum ſint callidi, ſed mendaces, ſed avari, decipere. Quorum animos cum tot egregiæ animi virtutes ſcilicet, ut ſunt calliditas, mendacitas, avarities occupent, hinc ubi *vel minima lucelli ſpes affulget, nullus eis labor gravis,* (quo aliàs apud Poëtas, Dii nobis omnia, imo ipſam virtutem divendunt) *utili honeſtatem poſthabentibus.* Ego verò Patrem Mendaciorum, aut Beelzebub, piè credo, hos Ethnicos avariſſimos, callidiſſimos, mendaciſſimos inſtigaſſe, aut ſimilem illi Diabolum, qui Parentibus noſtris Adamo ac Evæ in Paradiſo impoſuit, iis perſuaſiſſe, fingerent illi, potu Theé immortalitatem in hac vita nos apiſci poſſe, aut certe μακροβιότητα & finxerunt illa hi Chinenſes, *qui hodie in offenſis & peccatis adhuc verſantur, ut eſt vita mundi hujus, ſecundum Principem, cui poteſtas eſt aëris, & ſpiritus nunc agentis in hominibus contumacibus*, ut ita cum Apoſtolo Paulo ad Epheſios ſecundo loquar, ac lucroſo ſatis eventu hoc commentum divulgarunt inter Europæos, mercaturam amplam in India exercentes; hinc uſu venit, ut nos Europæos Chinenſes illi faverrimè decipiant. Quanta enim pecunia quotannis nos emungant, dum vietum, exſuccum, odore caſſum, trimulum, quadrimulum, imò adulteratum (recordaris priorum) nobis Europæis obtrudant, aut ingenti pretio redemptum divendant, huc uſque nobis ignaris ſuum Theé, hoc modum excedit omnem. Cum ergò commodum ex *Hipp. noſtri* vita recordatus eſſem, ipſum æterna ſui laude, ubi in Illyrios, Pœonas, ac Barbarorum Regionem peſtis ingrueret, rectaque conjectura judicaſſet, morbum in Atticam proventuram; Hippocratemque ad id, quod futurum erat, prævidentem, tum urbium tum diſcipulorum curam ſuſcepiſſe: Utique & ego, non mihi Suffenus ſum, novi me ipſum, nec me eſſe Hippocratem, qui nullum unquam Medicum ad illius famam pergere poſſe hoc ſeculo ſciſco, ut olim in *Oratione mea*, uti vocant,

A

B

C cant, *Introductoria*, defendi, cum P. C. enucleatis ſuffragiis in Roſtochienſi & Patria Academia Publ. Medicinæ Profeſſor renunciatus eſſem; attamen non diffiteor, me ipſi Hippocrati affectu cedere nolle: quo ut ille peſtem Atticam à patria ſua maturè ſtudioſèque avertere, nihil prius habuit; ita ego unicè ſtudere hoc meo στοχασμῷ Botanico volui, ut in China eductam, & per univerſam Europam inſtar Epidemii mali ſerpentem cladem, non quidem illicò ſed furtim fortunis noſtris nos Europæos conantem evertere, ac certè magnam partem earum dolosè intercipientem (malum) poſſem avertere. Ex quo meo στοχασμῷ Botanico conſtat, me Viris ſumma authoritate, quaſi ducibus, & illorum authoritati confiſum demonſtraſſe, Theé non ſolùm Tartariæ ac Chinæ, ſed quoque nobis Europæis, imò nobis Danis ac Germanis eſſe indigenam fruticem; ipſumque Thà, aut Theé ipſiſſimam eſſe Chamæleagnum Dodonæi, ſeu Myrtum Brabanticam Dan. Porß/ German. Poſt/ Gallicè *Piment Royal* Belgicè *Gagel* dictam, atque adeò
D Theé Chinenſium à noſtrati Myrto Brabantica, aut Chamæleagnô Europæâ minime ſpecie, ſed ſolum numero differre. Quod ut ignaris artis noſtræ, ac ſtudii Botanici, creditu difficile, ita eisdem non facilius perſuaſu erit, deſinant deinceps Theé Chinitico ſeſe oblectare, ſed illi ſurrogent modò indigitatum noſtratum Theé Europæum, ſeu Chamæleagnum noſtratem Europæam. At cum dictatoria penes me non ſit authoritas, quam nec mihi arrogo, utique neminem mortalium cogam, juret in mea verba, vel ſubſcribat meæ huic ſententiæ, aut inaudito paradoxo; Corœbo enim, id ſi contenderem, eſſem ſtultior, non: Attamen author illis eſſe pervelim, cum ſupra laudatus Antonius Muſa, uſque adeò deprædicet Betonicam, ut vel 40. morbis, ſi non omnibus remediet, tot tantarumq; virtutum, orbique Europæo notiſſimam herbam, ſibi commendatiſſimam habeant, ac poſt dein loco Theé Chinenſis inodori, ac ætate & longitudine itineris neceſſariò corruptæ, aut certè non iisdem hic in Europa viribus præditæ herbæ, quibus in Aſia eſt, comparent ſibi Betonicam Europæarum herbarum nobiliſſimam

lissimam, ex eaq; eundem in modum infusum aut decoctum, quo ex suo sibi Theé Chinenses, parent; nec dubito, quin omnibus iis malis &c. æquè feliciter hic in Europa queamus mederi, quam quibus Chinenses in China suo Theé. Quorum Medicorum solertia meritissimo laudanda est, quod cibi potusq; abstinentiâ, simplicibusque decoctis, aut similibus potius medeantur ægris, quam ut multis compositis medicamentis onerent debilem valetudinem, vel magis magisq; debilitent improvidè; *Natura cum paucis sit contenta: Natura cum simplicissimis gaudeat; Natura cum refocillari torpescens sive medicamentis sive cibis velit; nolit utrisq; instar onerariæ navis saburrâ, farragine compositorum medicamentorum onerarier, parata aliàs* A

Vitaq; cum gemitu fugere indignata sub umbras.

Hæc si quis ac priora omnia riserit; rideat per me licet, usq; dum ipsi rumpantur ut ilia Momo. Ego certè illius causa me non rumpam, qui tutus ac securus sub clientela supra laudati Epicteti, & pone veritatis castrum delitesco, dum ea, quæ optima mihi tot ducibus ac veluti mystagogis in re Botanica visa sunt Europæo orbi, aut in eo illustribus Collegiis Medicis, posito omni supercilio proponere, & eorum censuræ subjicere volui; minimè verò eam expectans, ut ea vexer ab ullo umbratico Doctorculo, Disputatorculo, qui cruda sua studia instar horæi fructus, quo actutum venum eant in forum magno ordinis nostri opprobrio propellit, B

Imberbis juvenis mentum cui glabrius ovo,

sæpe non P. C. enucleatis, sed vel eblanditis, vel emptis pretio suffragiis hanc dignitatem qui indeptus est, minimè inde ullam captans gloriam; sed qui mihi persuadeo, quasi à Deo in ea statione sim collocatus, ut, quemadmodum ab ineunte adolescentia mea, aut potiùs sumpta virili toga, publicis commodis ac studiis commodare voluerim; commodaverim iis (jactone me?) virili mea ætate; ita senili hac mea me decere in eadem statione persistere, ac Deo, Patriæque servire, usq; dum ab illo ceu Induperatore summo, jus vitæ ac necis, in me, servum suum, habente, ex eâ evocer, quem haud gemens sequar *Integer vitæ scelerisq; purus:*

olim

C olim lætam illam vocem: *Euge, serve fidelis*, ultimo mundi decretorio die auditurus.

Quæ omnia quin æqui boniq; Medicinæ Candidati consulant, nullus dubito, quos cæterosq; benevolos hujus Commentarii mei lectores, non meis, sed ipsius Cic. verbis, pauculis solum mutatis, ex 4. *Academicar. Quæstion. p. m.* 34. petitis, oratum venio, talem me æstiment, qualem Cicero se æstimari voluit; Cujus hæc sunt:

Ego (inquit) *si aut ostentatione aliqua adductus, aut studio certandi, ad hanc potissimùm Philosophiam* (ad hunc στοχασμὸν βοτανικὸν) *me applicavi, non modò stultitiam meam, sed etiam mores & naturam contemnendam puto. Nam si minimis in rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coërcetur: ego de omni statu consilioq; totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cùm alios, tum etiam me ipsum velim? Itaq;, nisi ineptum putarem, cum in tali disputatione id facerem, quod, cum de Republ.* (de Re Botanica) *disceptatur, fieri interdum solet: Iurarem*
D *per Iovem Deosq; penateis* (ego per Deum immortalem cœli ac terræ Dominum, Deum, ac Dominum Dominantium) *me & ardere studio veri reperiendi, & ea sentire, quæ dicerem. Quî enim possum non cupere verum invenire, cùm gaudeam, si simile veri quid invenerim? sed ut hoc pulcherrimum esse judicem, vera videre: sic, pro veris probare falsa, turpissimum est. Nec tamen ego is sum, qui nihil unquam falsi approbem, qui nunquam assentiar, qui nihil opiner: sed quærimus de sapiente. Ego verò ipse & magnus quidem sum opinator (non enim sum sapiens) & meas cogitationes sic dirigo, non ad illam parvulam cynosuram*

Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto,

ut ait Aratus, eoq; directius gubernant, quòd eam tenent

Quæ cursu interiori brevi convertitur orbe,

Sed ad Helicen, & clarissimos septentriones, i. e. rationes has, latiore specie, non ad tenue elimatas. Eò fit, ut errem, & vager latius.

F I N I S.

Macrobius Lib. VII. Saturnal.

Poſtremo, ſi in his quæ ſumimus, varietatem noxiam putas, cur potionum remedia, quæ per os humanis viſceribus infunditis, ex tam contrariis & ſibi repugnantibus mixta componitis? ſucco papaveris admiſcetis euphorbium; mandragoram, aliasque herbas conclamati frigoris pipere temperatis: ſed nec monſtroſis carnibus abſtinetis, inſerentes poculis teſticulos Caſtorum & venenata corpora viperarum; *quibus admiſcetis, quicquid nutrit India quicquid devehitur herbarum,* quibus Creta generoſa eſt.

ERRATA

graviora ſic corriguntor, ac omiſſa adduntor.

In Dedicatione.

ASteriſcô *3. lin. 11. pro *rato* lege *catô.*
*4. lin.2. l. *illorum.*
* *. 1. l.15. l. *Ita ſi.*

In Præfatione ad L. B.

Aſteriſcô * *. 4. l. 10. l. *cum ob.*
lin. 16. pro qvam l. *qvæ.*

In Commentario ipſo.

Fol. 1. D. lin. 12. poſt *paratum* adde: *paucaq; quantitate ſumptum.*
F. 2. B. l. 12. l. *œdematoſis.*
F. 4. C. l. 9. l. *qvô.*
l. 16. dele, *hujus.*
D. l. 7. l. *Democriti.*
F. 5. A. l. 5. l. *In claſſe tertia Qvadri-dripartiti mei,* cum &c.
D. l. 5. l. *ditioni.*
F. 7. B. l. 11. l. *catarrhô.*
C. l. 11. adde poſt *Americâ, mittitur.*
D. l. 9. poſt *ipſum,* adde: *non.*
F. 8. C. l. 7. l. *ſicco.*
D. l. 9. pro BAUHINI, l. *BARTHOLINI.*
l. 12. l. *proceſſus mammillares.*
l. 13. l. *qvi in anteriori.*
l. 14. l. *inveſtitũ.*
l. 15. l. *occupant.*
F. 7. A. l. 3. l. *Tabaçophilorum.*

Fol. 9. D. l. 4. Germanica illa verba parentheſi incluſa, transpone in lin. 7. poſt verbum referſerit: & lege Wann einer &c.
F. 10. A. l. 10. l. *uſurpatis.*
C. l. 7. l. pro abuſu, *uſu.*
D. l. 1. l. *narcotico.*
F. 11. A. l. 6. l. *nobis.*
D. l. 11. dele *conſcriptâ.*
F. 12. B. l. 4. l. *hic.*
C. l. 12. l. *qvibus etiam.*
F. 13. A. l. 1. l. *τὸ noſtros.* l. 14. l. ſerpeis.
l. 2. pro &. l. *aut.*
l. 9. l. *freqventior illius.*
D. l. 7. l. *perpuſillæ.*
F. 14. C. l. 10. l. *faſciculum.*
F. 15. B. l. 3. l. *ſuſcitari.*
C. l. 4. l. Bauchfluß.
F. 17. C. l. 5. poſt *primum,* adde *Chinenſes.*
F. 18. A. l. 3. l. *bæ Theé poſtea Theé ſuffr.*
C. l. 6. l. *conſeſſum.*
l. 13. l. *at me neq;*
F. 19. A. l. 2. l. *dubiis ration.*
l. 16. l. *habeto.*
C. l. 2. l. *neu ſem.*
l. 7. l. *ſemen aut.*
F. 20. A. l. 7. l. *ſint.*
l. 16. poſt *crenata* adde: modo *non crenata.*
B. l. pen. l. *aut Sin.*

Fol.20.D. l. 1. l. *vernum.*
F. 21. A. l. 11. l Betonica; *Qva una et.*
l. 12. post *conciliat* adde: *atq; adeo animalem facultatem mirificè reficit.* Ob. &c.
l. 15 l. *inclementius.*
B. l. 15. post *tantillum* adde: *illius fulcrum.*
F. 22. A. l. 11. l *& quidem.*
B l. 13 l. *Chirothecæ.*
D. l 1. l. *æqui valentis.*
F. 23. C. l. 5 l. *ita Theé esse.* l. 7. l. *æ-*
F. 24. B. l. pen. l. *Theétatam.* (*tatis*
C. l. 7. l. *Diarrhæa ceß.*
F. 25. A. l. 6. pro p. 128. l. 218.
l. 11. l. *itaq; valenter.*
F. 26. B. l. 1. l. *additus.*
D. l 7. dele *Schij.*
F. 27. B. l. ult. l. *Speciè.*
C. l. 13 l. instar *incantamenti.*
D. l. 6. post *posse* adde: *auguror.*

Fol. 29 A. l. 1. l. omni *odore.*
B. l. 8. l. *infestari.*
l. 9. l. *vindicentur.*
C. l. 3. l. *Asiatico.*
F. 30 B. lin. antep l *bibula.*
C. l. 5 pro *qvarta* l. *tertia.*
F. 31. D. lin. 5. post *nempe* adde: *pag. 51.*
l. 6. post: *foliola* adde: *Fig. Vta. No. 1. lit. I. itemq; Fig. VI. lit. K.*
in eadem linea post *majus* adde: *Fig. VI. lit. K.*
l. 7. post *est* adde: *Fig. VII. lit. L.*
l. 12. l *curavi.*
in ead. lin. post *illud* adde: seu *fig. Vta. No. 2. lit. L. in priori tabula hujus commentarii cœlatum.*
l. 13. l *Chinensis.*
F. 32. A. l. 6. post *Spiraæ* adde:

Qvam meritissimò Rhus aut Sumach speciebus, ob ipsius fruticis magnitudinem, foliorum, florum, saporisq; convenientiam & similitudinem annumerandam arbitror, licet me, non fugiat, *Celebratissimo* BAUHINO placuisse, eam *in Pinace suo pag. 475.* inter agnum castum, seu viticem & ligustrum qvasi intermediam, medio loco collocare, appellareq; eam *fruticem spicatum foliis salignis serratis*; ceu dubium, ad qvod genus fruticum potissimum ea vel referenda sit, vel pertineat; cujus flores cum verticillatim spicato ordine virgularum fastigia coronent, æqve ac agni casti seu viticis suas virgulas, Spiræa vitici persimilis videri qvidem poterit; ast si illius flores unà cum foliis crenatis accurate lustraveris, longè rectius Spiræā ad Rhus aut Sumach, qvam ad ullam aliam cujuscunq; fruticis speciem, pertinere mecum asseverabis. Sed cum illius vires nondum doctus sim, ab ipso *Theoph.* neglectas; neq; eas *Clusius* enodarit, neq; *Bodæus à Stapelen* in eruditissimo aliàs suo in Theoph. commentario illustrarit, ego prohibeor asserere, illæ cum Theé Chinitici congruant vel non, qvod nec ego defendendum suscepi, sed; probabile videri, Spiræâ Theophrasti, Theé Chiniticum vel ab ipsorum Asiaticorum, vel etiam nostratibus Europæis

Rhi-

Rhizotomis aut Rhopopolis adulterari: Ad qvæ flagitia hoc genus hominum amor sceleratus habendi adigit, ob qvem, non solum ad viscera terræ, ferreo hoc seculo jam pridem itum est, sed hodie (verum honos & venia præfanda sunt) in ipsas cloacas fœdas hic in Europa, descenditur; ut abunde ex prioribus, aut Tabaci sive adulterandi sive id infucandi, omninò detestando & abominando artificio aut mangonio, constat. Ego verò amore veritatis flagrans, hic loci B. L. serio hortor ac obtestor, conferat inter se in priori Tabula hujus commentarii pag. 51. sculpta, utraq; foliola, Theé nempe in China aut Japonia, & Spirææ hic Hafniæ in Dania mense Junio hujus anni, nata, qvo dexterrimè de iis dijudicet, cernatq;, ut persimilia sibi sint invicem. Vid. Fig. VI. & VII. qvarum illa (ut dixi) Folium Theé, hæc Spirææ exhibet.

Fol. 32. A. l. 6. l. *εὕρηκα, εὕρηκα.*
D. l. 7 l. *varios aut.*
F. 33. D. l. 4. l. *variis avido.*
F. 34. A. l. 12 l. *præclara.*
l. 13. l. *Theé me.*
D. l. 4 post *baphicam* adde: *Americani.*
l. pen. l. *Theé nos appellare ut est.*
F. 35. B. l. 8. l. *nec mî pretium dederitis.*
F. 36. D. l. antepen. post *Arnisæo* adde *locutus sum; sed Marci Agripp.*
F. 37. C. l. 3. l. *mihi videor.*
l. 10. l. *à doctis & rudibus non restionibus, aut fæci plebis.*
F. 38. B. l. ultim. l. *potus.*
F. 40. D. l 11. pro *ipsi* l. *isti.*
F. 41. B. l. 8. l. *immensâ suâ.*
D. l. 1. l. Manne Bach.
l. 5. dele *Sapore.*
l. 8. l. *ut Qvercetanus.*

Fol. 43. B. l. 4. l. *Serbet; Theé.*
l. 10. l *conveherent.*
F. 44. C. l. 2. l. *qvô ut delectentur.*
F. 45. D. l. 4. l. *catarrho.*
F. 46. l. 1. l *sum: & eodem.*
F. 47. B. l. 1. pro *hoc* l. *hac* & pro *neutrum* l. *neutris.*
F. 48. A. l. 8. post *committi* adde *Causa non causa aut.*
B. l. 1. l. *regionib.*
F. 49. A. l. 3 l. *Garlebiensis.*
l. 7. l *Torgensis:*
F. 51. C l. 12. l. *tubulus.*
F. 52. B. l. 8. dele *id.*
C. l. 6. l. p. 967.
F. 53. C. l. 5 l. *aut alia.*
l. 6. l. *& una.*
l. 7. l. *me id jam.*
D. l. ult. l. *qvam Coffi ac.*
F. 54. A. lin. 1. dele *& Cahwa aqva.*
B. l. 9. post *Itali:* (adde deperdita aut omissa qvæ hæc sunt:)

Sed juvat hic loci, datâ in rem eam oportunitate, & cum Turcarum qvoq; facta sit mentio, iteratò meminisse petulcorum Persarum, attamen sterilium; Qvippe qvi, ne ob Polygamiam, illis cum Turcis communem, nimis numerosam prolem alere cogantur, corpora cum conju-

gibus aut pellicibus miscentes non tam id studere videntur ut liberis dent operá (castissimo apud Cic loqvendi modo utor) qvâ ut voluptarij instar Onanum impiorū, semē infæcundū proseminent (proh Dei immortalis atq; hominum fidem! qvantum hoc & morte expiandum grande nefas, facinusve! qvod Theologi ex Moise tractent diductius, castigentq; apertius, acerbiusve) qvod ob jugem Coffi aut Cahwæ aqvæ usum in venis ac arteriis viventium Persarum corruptum, commodissimè seu Physices, seu Medicinæ Doctor, non ignarus chymicorum principiorum, cum vappâ, sale & sulphure volatili vini, maximam partem, cassâ, comparabit: Vel etiam idem, comparatum ad aliarum Nationum non vitiosarum, Eunuchorum aut *Scytharum* (vid. Hipp. de aëre aqva & loco pag. 269 v. 10.) ubi illos *eviratos & effeminatos* appellat, persimile dixerit. Verum ut Hipp. noster l. c. Scythas in genere inter alias causas statuit, ideo *se ipsos perdere* (ita n. loqvitur, nec mea sed illius sunt verba) *qvod utramq; venam, post aures sibi incidant usqve adeo, ut ubi postea ad uxores accedant, rem cum ijs habere neqveant*: Ita á me ex *celeberrimo Historiographo Dno. Oleario* relatum est, Persas citra hoc adminiculum, solo & unico usu solius Cahwæ aqvæ sese evirare salacissimos. Nemini qvod mirum videbitur. Non n. salacitas fæcunditatem sed potius illius contrarium portendit. Hinc, publica scorta aut prostibula, raro imprægnantur a Venereis Nepotulis ac jocundulis Amascis; licet tam liberè cum ipsis in lupanaribus volutentur, qvàm ruri super casarum tectis, aut Rusticorum sterqvilinijs, insilire passerculum marem fæminæ dorso, passis ac tremulis alis, vides. Aliud qvoq; mi Philomathes ac Amice, scias esse velim, frigidos ac in Venerem tardos stimulare qvod Eruca perficit; aliud etiam esse semen fæcundare, aut fomenta Veneri (qvæ sine Cerere & Baccho frigere dicitur) sufficere qvod ex vegetabilium classe, amygdalis dulcibus, pineis nucibus, ac pistaceis., Castaneis &c. Ex animalium classe, caponibus, alaudis, turdis, perdicibus, hædina, vervecina, vitulina, &c. obtinemus. Et illam efficaciam, nempe Venerem stimulandi, neq; Coffi neq; Chocolladæ denego; Qvibus Tabacum est annumerandum, & tamen sterilitatem hæc inducere qveunt, ceu qvæ diversarum sunt partium, aut potius tota substantia agunt; ast ad fæcundandum semen, omnia hæc ineptissima sunt, ceu ad unum omnia, nimium qvantum exiccantia, minime, uti vulgus loqvitur aut putat, frigefacientia. Verum de Cahwæ aut Coffi aqvæ, & Tabaci fumantis effæminandi effectu, certò constat; Qvibus utrisq; nisi ratio me fallit mea, æqvi arbitri, ideo Theé annumerandum mecum existimabunt, qvod *R. P. Martinus Martinius* (admirandum id sanè & observatione dignissimum) referat, qvod Theé aut Cha in aqva ebulliente maceratum, aut potius illius aqvam potantes, *sibi sitim ea exstingvant*,

gvant,

gvant, humores exsiccent, unde vix exspuant. Qvid! qvod vitex seu Agnus castus, ruta, mentha, camphora, siccando qvoq; impotentes reddant maritos! Ut taceam, qvod Theé ipsis Chinensibus novum sit medicamentum, cujus proin vires ac facultates nondum satis accuratè illi ipsi examinarint, aut nondum exqvisite ceu ad Lydium Lapidem probarint; Unde meritissimo illi nostratem, ut ex prioribus constat, Betonicam Europæam, cujus laus per tot secula incanuit, antefero. Interim en tibi Philalethes manifestissimum, Sulphuris siccantis in vegetabili, nempe Theé, effectum, minimè impense calidi, sed solùm subamari medicamenti, in non spuentibus Sinis, *vid sis locum p.47.D.* hujus mei commentarij. An v Chocollada, ut corpus umbram secum trahit, aut similem in modum æqve ac Cahwæ aut Coffi aqva sterilitatem & impotentiam causetur, id hactenus in commentarijs authorum, adeo aperte relatum non reperio; nec ipsus indagavi sagacius: Qvam impensè stimulare Venerem volunt; Qvibus viribus Chocolladam, nostrates ex America & Africa, reduces cives, maximè pollere affirmant, qvi ceu præsentes arbitri, harum gentium mores, in utrisq; hujus Orbis aut Universi partibus, introspexerunt intimè. Sed cum supra laudatus *Benzon* vid pag. 37. D. hujus commentarij, *Chocolladam sapore aliqvantulum amaro satiare, ac refrigerare Corpus* (qvod rectè accipiendum, dum impense exiccat) *minimè tamen inebriare affirmet*: Hinc non ego tantum, sed complures alij medici, per bonam conseqventiam mecum sciscent, cum Chocollada in uno tertio cum Coffi itemq; cum Theé convenire videatur, hæc tria inter se necessario convenire, seu omnia hæc instar Coffi effæminare viros; id n. maximè urgeo, cæteras qvalitates non indagabo aut excutiam hic loci accuratius. Spero proin, imò certissimè confido ob rationes has & superius pag. 37. allatas, venientibus annis fore, (nisi Phrygibus Nos Europæi velimus esse magnô nostrô probrô similes, qvi serò sapere dicuntur, nec piscatoribus simus stupidiores, qvi icti sapiunt,) ut nos Europæi Chocolladam, Coffi, Theé deniq; omnino ejuremus. Horum qvippe si unum bonum, omnia tria esse bona statuenda auguror. Cui simile responsum dedisse (tritissima vulgi Fabula est) nescio qvem Europæum venditorem, sive canum sive luporum catulorum, licitanti eos mediocri pretio, sed qværenti ex ipso, an omnes Catuli isti essent frugi, aut ejusdem bonitatis, nempe: Ist der eine guth/so sein sie alle guth. Imò, Deo propitio & fortunante sperabo, omnia hæc propediem omnibus Europæis Magistratibus, summis, infimis, medioxumis non minus exosa fore, qvàm Tabacum Moschis aut Turcis, aut potius illorum Imperatoribus est. Qvi qvàm severè in Tabacibibulos aut Tabacophilos advertant, ex prioribus notum est, cum nolint inertes, prodigos, & qvod summum aut palmarium, steriles, impotentes, ac effæminatos, cives aut subdi-

eos, in Regionibus ipsorum ditioni subjectis alere. Qvin & hic loci alius modus, (de qvo antea paucula qvædam occepi dicere) & per qvem incauti qvoq; sterilescunt, excutiendus veniret, ceu qvi videri poterit, ex Asia olim commigrasse in Europam, sed qvi non tam huc, qvam ad anatomicam scholam, pertinet; nempe jam increbescere pessimam consvetudinem, ut adversus intolerabiles dentium dolores, venæ sectio pone aures promiscue utriq; sexui imperetur. Sed sciant ii, qvorum protervitas salubria consilia non admittit, vel qvi *doctissimi viri Hipp.* authoritatem, ipsis Jurisconsultis, ubi de vita hominis aut partu legitimo decernitur, aliàs sacram, sanctam, conculcant aut explodunt, eos ingenti suo incommodo, olim salsis & calidis lachrymis defleturos, suum infortunium qvo mactabuntur, dum illi æqve ac Scythæ patiuntur sibi venas pone aures incidi, ut dolores dentium actutum evanescant, ceu incantamento essent abacti scilicet *Etenim non solum cito, sed etiam tuto ægris, nos Medici dogmatici medebimur; minimeq; illis magis nocebimus qvam morbus ipse.* Qvippe dentium dolorem intolerabilem, aliqvando delirium, aliaq; gravissima symptomata comitata fuisse, apud practicæ Medicinæ Doctores, legere qvidem licet; ast nemo tamen eorum adhuc observasse visus est, dolorem dentium sterilitatis exstitisse causam, *ut Hipp. noster* de venis pone aures incisis, testatur, & exemplo non unius alteriusve individui, sed integræ Nationis Scytharum confirmat, *Vir si Macrobio* subscribimus, *nunqvam qvi fuit falsus, nec alios qvi fefellit*, cujus qvoq; authoritatē Anatomici tuebuntur. Angue interim ac cane magis, patres ac matres familias, damnosum hoc, hujus seculi sive empiricorum sive imperitorum Chirurgorum ac Barbitonsorum consilium fugient, seu ipsorum liberis summe noxiam medelam, nimirum venæ pone aures instituendam sectionē ustionemve; nisi sterile olim eorum conjugium malint, qvam fæcundum; ringentibus conjugibus, indignantibus optimis parentibus, socero una cum nuru; Novâq; ipsâ nuptâ, jam jugum passâ, venustulâ, ejurante & detestante vesperam qvâ post hymenæum zonam sponsa solvit, qvod magno suo probro, videri possit, qs. obsignatâ esset Naturâ, cum non sit, atq; adeo citra suam culpam, maritum pulchra prole parentem facere impotens sit, nisi capitis aliàs pudici, & ob qvam auratā Junoni bidentē Maritus cæderet, ut ita cum *Juven.* loqvar, alium vectorem navis suæ admittet, atq; sic illi frons in cornua desinet. Hæc sibi dicta putabunt Pamphili illi, formarum spectatores egregij, ac ut vitent utraq; hæc cavebunt sedulo: Parentibus vero ideo indignantibus qvod suscipiendorum nepotum spe, miseri grandæviq; decidant, ita ut avi, vel aviæ nomine, à svavissimis alias Nepotibus salutari neqveant. Ast linqvam hæc anatomica, & jam pridem rude donatus, alijs lampada, simulq; ansam trado sagacius inqvirendi in ductus ac valvulas venarum earumq;

ana-

anaſtomoſes cum arterijs, ad jugulum & præſertim pone aures, ceu qvibus ſtudiis *S. R. M. Regis ac DN. DN. mei Clementiſſ* interveniente ſingulari Regia clementia & parili gratia, me abhinc duodeviginti annis abdicavi, qvo, Socero meo *Jacobo Fabricio Archiatrorum primicerio*, jam p. m. cum ſive uſus ſive experientia non niſi ſeris ab annis veniret, ego meam medicam ſcientiam, illius, ceu in Medicina Roſcij, Practicæ Medicinæ præceptis inſtitutisqve augere & exemplis obfirmare poſſem, praxi medicæ jam Dei gratia per triginta & ſex años deditus. Sed qvo non Orientalium Populorũ, Perſarum ac Aſiaticorum Scytharum jam dudum & certò probata; Sinenſibus v. metuenda, atq; utinam non qvoq; nobis Europæis expectanda ſterilitas, illis nobiſcum Thee abutentibus, nobis inſuper Scytharum in modum, venas pone aureis ferro abrumpentibus, me non abduxit?

Fol. 54. B. l. 12. l. *attexere velle.*	Fol. 55. B. l. 17. l. *perventurum.*
C. l. 7. l *rerum pretioſarum.*	D. l. 35. l. *noſtrate.*

Atq; hæc graviora errata ut B. L. neq; mihi abſenti, neq; Correctori neq; typothetæ præſentibus imputaret, meum fuit abſoluto integro hoc commentario ea emendare primulum. Cætera Lectorem haud morabuntur & levicula erunt, ceu in punctis commatis & parentheſibus perperam locatis commiſſa, qvæ non curavi ſedulo, neu ruſpatus ſum: nimis enim id mihi operoſum & magnæ dividiæ plenus fuiſſet labos: Qvem proin obteſtor ob eam virtutem, ab homine ſolo nomen qvæ indepta eſt, mihi, illis, deniq; amanuenſi qvoq; meo condonet; memineritq; ſe ipſum hominem eſſe. Cæteroqvin plerumq; ita nobiſcum comparatum eſt, malum! Lyncei in aliorum, in propriis peccatis atq; erroribus, talpis cæciores ut ſimus, hinc illud Perſii Satyricorum Principis,

Ut nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo!
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

Ultimò, univerſos Commentarii hujus mei, Lectores, exoratum venio, omne hoc meum ſtudium, æqvi boniq; conſulant, & qvidem *Patritii Veneti & Aqvilejenſis Patriarchæ* verbis, nempe *Hermolai Barbari* ex illius Præfatione *in Dioſcoridis Corollariorum libros* petitis, qvæ verbulo uno itemq; altero mutato, ita ſe habent: *ſic mihi perſvadeo, me, qvantum ingenio perficere, qvantum induſtria elaborare, qvantũ ſtudio ac curâ conſeqvi potui, qvantum deniq; judicii in literis habui, in hoſce libros* (cõmentarios) *contuliſſe. Qvi ſi tales erunt, qvales ut eſſent, contendimus, gratulabor mihi & omnibus, qvibus hæc ſcripſimus Sin verò aliud Doctorum fuerit de his judicium, non recuſo, qvin qvantum de his libris,* (commentariis) *tantundem de ſtudiis ac vigiliis detrahatur meis. Illud certè petitum ab omnibus velim, eodem animi candore noſtra æſtiment, qvò vel ipſi noſtra ſcripſimus, vel nos de alienis judicavimus, vel ut illi perpendi examinariq; ſua ab aliis vellent.* Valete.

FINIS.